2

COMMENTARIUS IN APHORISMOS HIPPOCRATIS,

Operâ & Studio

M. DE PINEDO, M. D.

In uſum & neceſſitatem
Præprimis
Medicinæ Studioſorum,

à

Nullo Autore anteà ejusmodi in modum
conſcriptus, fideliter congeſtus & con-
cinnatus, jam nunc in lucem edi-
tus, publicique juris factus, in quo
omniagenuina & congrua expli-
catione, more hactenus nun-
quam audito & viſo, clarè
& perſpicuè enu-
cleantur.

AMSTELODAMI,
Typis ARNOLDI LOBEDANII.
MDCCXXXV.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30779315

PRÆFATIO

AD

LECTOREM BENEVOLUM!

CUm laboris maximi res ſit, & ardua moliar ſæpius apud animum mecum perpendi : An tiam citra audaciæ notam tales cogitationes mentem meam ubire pati queam ? Memoria nim recolendo tot Autores xcellentiſſimos Medicinæque Cultores Commentariis ſuis phoriſmos Hippocratis illutraſſe, planè perterritus ſupenſo quaſi gradu opellam

qualemcunque meam publico
orbis literati conſpectui ſub-
jicere hæſi, imo penitus ter-
giverſatus fui : Aſt cùm per-
ſpexi, quod in allegandis ra-
tionibus plerique prorſus defe-
cerint, timore omni abdicato,
quid, volente Deo, humer
valeant, quid ferre recuſent
in rationibus dictis dandis at-
que exponendis, publicè peri
culum facere animum induxi
Quia itaque easdem ſtatim ſo
lummodo lineola interpolat
Aphoriſmis ſubjungi, me no
vum fermè opus aggreſſur
fuiſſe, animadverti, quod etiar
jam omnibus dubitationis vi

cu

culis disruptis, in publicum prodire minimè dubitavi. Hac itaque ratione præſuppoſita, eademque quaſi ſtella polari prælucente, ventos adverſos nequaquam metuendo, vaſto pelago me committo, navigationemque meam & velitationem inſtituo, firmiſſima fiducia, tanquam ſacra anchora ſuffultus, me ſuo tempore omnibus periculi ſyrtibus & ſcopulis feliciter ſuperatis, plenis velis optatum portum conſecuturum eſſe: Patrem autem noſtrum Hippocratem quod attinet, quis eſt, qui ignoret, illum ſingulari Dei gratia at-

que clementia, intima rerun
penetralia perſcrutatum fuiſſe
arcana cauſarum & abdita co
gnoviſſe, ſigna accuratè at
tendiſſe, eventus morborun
longè ante prævidiſſe, ſanita
tem conſervare, morbosqu
profligare peritiſſimè intellexiſ
ſe, adeo ut ſalutem reſtituen
do multos quaſi ex orco re
vocaverit: Aſt ſicuti nihi
omnibus numeris ſtatim ab
ſolutum, ita etiam res cun
Medicina ſe habet: Hanc e
nim poſt ejus tempora adhu
majus incrementum cepiſſe
ita ut noſtro hoc ævo elegan
tior exculta, politiorque me
dian

diante Phyſica & Matheſi reddita, nec-non peculiaribus dogmatico-mechanicis experimentis exornata, caput ad ſummum ſplendoris & fulguris faſtigium quaſi extulerit: Quapropter ope horum ad certiorem quoque cognitionem perducimur: Maximum verò incrementum huic arti ſeminaria à recentioribus tanquam bonis hortulanis exculta, maximumque lumen addiderunt, quorum ductu & auſpicio hæc quoque Commentaria in hanc artis formam redigere, publicique juris facere non erubui: Quia verò nullæ operæ

 per-

perfici potuerunt, niſi manus priùs admotæ fuerint, præprimis in votis habui, ut expoſitionibus evidentiſſimis hos Aphoriſmos explanare valerem, quod etiam, quantùm in viribus meis poſitum fuit, præſtare magnopere allaboravi. Quamobrem L. B. prooemii loco ingenuè atque palam profiteri debui, me præcipuè illud, quod naturæ humanae emolumento convenientiſſimum ſenſi, curaſſe atque communicaſſe. Inconſultius enim agi duco, ſi quis hypotheſes ſuas celet, hominumque cavillationes extimeſcat: Omni-

nibus enim placere velle poſ-ſe, impoſſibile eſt, eò quod omnibus Medicinae fautoribus confitendum ſit, artem hanc firmo minimè ſtare talo, eamque inter ſcientias conjecturales ſummo jure recenſendam eſſe: Interim ſummis laudibus depraedicamus Hippocratem, qui tanto praeditus ingenio Aphoriſmos ſuos lauro cedroque digniſſimos nobis impertivit, eoque magis ingenium ejus admirandum: Quoniam illo tempore Medicina nondum tam frequenter exercitabatur, nec tanta experientia confirmata erat, nec

tot obſervationum codices etiam extabant. His itaque L. B. feliciter fruere, meliora verò â Te bono publico profutura cupidiſſimus expecto, Vale.

HIPPOCRATIS APHORISMORUM

SECTIO PRIMA.

I.

1. VIta brevis, ars longa, occaſio celeris, experimentum periculoſum, judicium difficile. Oportet autem non modo ſe ipſum exhibere quæ oportet facientem, ſed etiam ægrum & præſentes & externa.

Exhortationis hujus Aphoriſmi principium, quàm longa ars, & quàm brevis vita ſit, exiſtit: Aſt cùm Medicina à præſentibus Autoribus longè aliter ventiletur, duplex genus hujus nempe Artem & Scientiam ponimus. Artis nomine venit, ſi Chirurgiam & operationes manuales ſpectes: Scientia contemplativa audit, ſi omnes functiones & effectus per ſuas cauſas explices ad valetudinem ægri reſti-

ſtituendam, quæ meris judiciis ac rationibus fieri oportet, quæ ars longa eſt, vita autem brevis; & quamvis eam noſter Hippocrates illuſtraverit, quem omni honore ſequi debemus, nullum tamen invenitur aurum, quin ſordes etiam adhuc non ſimul reperiantur: Quamobrem cùm perſpicio, quod à diverſis autoribus facta ſint Commentaria nimis latè verbis inanibus producta, quæ rem in ſuo albo non tangunt, ſed librorum folia rationibus tam large replent, ut tædium lectoribus pariant, ſubmiſſâ veniâ me eos majori claritate illuſtraturum eſſe mihi perſuadeo. Cetera verò quia nulla explicatione indigent, & per ſe ſatis clara ſunt, meritò tranſeo.

---

2. In perturbationibus alvi, & vomitibus ſponte evenientibus, ſi quidem, qualia oportet purgari, purgentur confert, & facile ferunt, ſin minus, contra, ſic & variorum evacuatio, ſiquidem qualem fieri decet, fiat, confert, & facilè ferunt: ſin minus contra: Reſpicere igitur oportet, & regionem, & tempeſtatem, & ætatem, & morbos in quibus convenit aut non.

Me

Medici munus eſt reſpicere evacuationes per vomitum, vel ſeceſſum, ſi ſint ſpontaneæ, minuitur morbus, & æconomiam naturalem labefactatam reſtituunt; ſi verò irregulares, infectæ, viscoſæ, nec utiliter, ægros infirmiores reddunt: nam tonus ſpirituum diminuitur, & Medicus per ſymptomata judicare debet, quid agendum, an abſtinendum, an purgare conferat, vel contrà fovere, & retinere? Eodem modo in vaſorum evacuatione, ſi venæſectio convenit, vel contra refocillandum.

---

3. In exercitantibus boni habitus ad ſummum progreſſi periculoſi, ſi in extremo fuerint: Non enim poſſunt in eodem manere, neque quieſcere, cùm non quieſcant, neque ultra poſſint in melius proficere, reliquum igitur indeterius: Horum igitur cauſa bonum habitum ſolvere confert, haud cunctanter, quo rurſus renutritionis principium ſumat corpus, neque conſidentiæ ad extremum ducendæ, periculoſum enim: ſed qualis natura fuerit ejus qui perferet, eo usque ducendæ.

dæ. Sic & evacuationes ad extremum ducentes, periculoſæ: & rurſus refe-ctiones cùm extremæ fuerint, periculoſæ.

Boni habitus ad ſummum progreſſi: Non enim poſſunt in eodem permanere ſtatu: Cùm verò, vis nutriendi non quieſcat, nec ulterius proficere poſſint, propter copiam humorum, ubique ſtagnationes & obſtructiones fiunt, ſequuntur mira ſymptomata: ut Apoplexia, vaſorum ruptio, & cætera: Satis clarè & manifeſtè colligitur: Omnis enim repentina mutatio periculoſa; unde facilè miſtura ſanguinis, diverſarum infirmitatum cauſa, invertitur.

---

4. Tenuis & exquiſitus victus, & in longis morbis ſemper: Et in acutis, ubi non convenit, periculoſus & rurſus ad extremum tenuitatis, progreſſus victus, difficilis: Nam & repletiones ad extremum progreſſæ, difficiles ſunt.

Me-

In longis morbis reſidet aliqua oppreſſio, cruditas, & obſtructio: Propterea, tenuis & exquiſitus victus convenit, ut humores tractu temporis elaborentur, attenuentur, & obſtructiones reſerentur: In acutis verò, ut ne cibi acceſſione, ſymptomata ingraveſcant: Nam ut vis & robur non diminuatur, & concoctio rectè perficiatur, tenui victu uti ſana nos omninò cogit ratio.

'. In tenui victu delinquunt ægri, ob id magis læduntur: Omne enim delictum, quod committitur, multò majus fit (in tenui) quàm in paulo pleniore victu: Propterea etiam ſanis periculoſus eſt valde tenuis, & conſtitutus, & exquiſitus victus; quia delicta gravius ferunt: Ob hoc igitur tenuis & exquiſitus victus periculoſus magis quàm paulò plenior.

In tenui victu vires dejiciuntur, humores acres fiunt, propterea ſanis etiam periculoſus eſt, ſpiritus depauperantur, delicta gravius

vius ferunt; Ob hoc igitur exquiſitus vict
paulò pleniore, periculoſior.

6. Ad extremos morbos, extrema reme
dia exquiſitè optima.

Ne malum prævaleat, ægro optima & ex
quiſita remedia in morbis deſperatis adhi
benda ſunt: Nam audita Apoplexia, ſtatin
judicamus, morbum eſſe acutiſſimum, &
reliqua ſymptomata extrema fuerint: Eoden
modo in pleuritide, ſi calor, ſitis & reliqu
ſymptomata appareant, ſtatim vena ſecanc
ad animi deliquium; Ubi tamen res inclina
ad desperationem tum melius eſt, (ait Ce
ſus) anceps periculum experiri, quàm nu
lum.

7. Ubi igitur peracutus eſt morbus, ſta
tim extremos habet labores, & ex
tremè tenuiſſimo victu uti neceſſe eſt
Ubi verò non, ſed plenius cibare l
cet, tantùm â tenui recedendum, quan
tùm morbus remiſſior extremis fueri

S

Si ſymptomata & acceſſiones ægrum valle vexant & offendunt, tenui victu utendum eſt: Nam maſſæ ſanguineæ inordinatæ indicium eſt, & humores dum confuſi à ſe invicem in ſuo alveo non ſegregantur, cruditatem, & acredinem victu largiore concipiunt: ſi remittit morbus, pleniore victu opus eſt.

8. Cùm morbus in vigore fuerit, tunc vel tenuiſſimo victu uti neceſſe eſt.

In morbi vigore ſymptomata ingraveſcunt, unde concoctio perfectè non peragitur, humores crudi, & acres fiunt, & ſpiritus maximè diſſipantur: Conſule Aphoriſmi præcedentis explicationem.

9. Conſiderare oportet etiam ægrotantem, num ad morbi vigorem victu ſufficiet? & an prius, ille deficiet, & victu non ſufficiet? vel morbus prius deficiet, & obtundetur?

Neque ſolùm vires, ſed etiam virium cauſa Medico eſt cognoſcenda, morbique ſymptomata inſpicienda ſunt.

10. Quibus igitur ſtatim vigor adeſt, ſtatim tenuiter alendi: Quibus verò in poſterum vigor, his ad illud, & paulò ante illud tempus ſubtrahendum: Antea verò uberius alendum, ut ſufficiat æger.

Bona coctio ſpiritus auget, unde vigor: Tenuiter alendus æger, ut perſervetur: Pro conditione virium etiam alimentum ſubtrahitur.

11. In exacerbationibus cibum ſubtrahere oportet, exhibere enim noxium eſt; & quæcunque per circuitus exacerbantur, in exacerbationibus ſubtrahere oportet.

In

In paroxyſmi acceſſione, œconomia ſanitatis noſtræ, concoctio vitiata eſt, ſpiritus langueſcunt, cibo vis morbi augetur, & ſymptomata per circuitus ingraveſcunt, à cibo itaque abſtinendum.

12. Exacerbationes autem & conſtitutiones indicabunt morbi, & anni tempora, & periodum ad invicem collata incrementa, ſive quotidie, ſive alternis diebus, ſive longiore fiant tempore.

Sic etiam iis, quæ mox apparent, eadem indicantur, ut ſi in pleuriticis ſputum, veniente morbo, ſtatim apparet, eum abbreviat; ſi verò poſtea apparet, eundem producit: & urinæ, & alvi excrementa, & ſudores, cùm apparent, vel judicatu faciles vel difficiles, vel breves, vel longos morbos fore indicant.

Si in principio invaſionis morbi, urinæ, alvi fæces, ſudores breves morbos, (Fons enim mali diminuitur) & judicatu faciles demonſtrantur: Nam adhuc vis & vigor conſiſtunt, absque virium detrimento, æger pati poteſt: Eodem modo in pleuritide ſputum,

ſi ſtatim ab initio apparet, brevem fore denunciat, eo quod materia levi fluida & meabili exiſtente, malum exoneretur, contrà ubi cruda & craſſa deprehenditur, longi morbi indicari ſolent.

---

13. Senes facillimè jejunium ferunt, ſecundò ætate conſiſtentes, minimè adoleſcentes, omnium minimè pueri; Ex his autem qui inter ipſos ſunt alacriores.

Adoleſcentes jejunium minimè ferunt Nam præter alimentum incremento egent omnium maximè verò, horum alacriores ine diam minus tolerant, motibus animi & cor poris, multi exhauriuntur ſpiritus, qui ali mento reparari debent, unde famis ſenſi facilè excitatur: Senes verò, quia corpu denſum & durum habent, minusque pe cutim exhalant, nec augmento opus ha bent, facilè omnino jejunium perferr poſſunt.

---

14. Quæ creſcunt, plurimum habe calidi innati, plurimo egent alime

tæ

to, ſin minùs corpus conſumitur. Senibus autem calor: propterea paucis fomitibus indigent; à multis enim extinguitur. Idcirco etiam febres ſenibus non ſimiliter acutæ; frigidum enim eſt corpus.

Pueri & adoleſcentes præ ceteris ætatibus, liberaliori victu indigent: Nam incrementis augeſcunt. Cùm illa vis primæ generationis, quæ per extenſionem & motum fit, in pueris plurimùm abundet, plurimo alimento illis opus eſt, contrarium in ſenibus accidit, exiguus calor ipſis ſupereſt, vires imminuuntur, ob defectum laborationis, & generationis ſpirituum, eorum corpus frigidum exiſtit.

---

15. Ventres hyeme & vere natura ſunt calidiſſimi, & ſomni longiſſimi: In his igitur temporibus etiam alimenta plura adhibenda. Innatum enim calorem majorem habent. Nutrimen-

to igitur copioſiore indigent, indicium ſunt ætates & athletæ.

Humor ex arteriis gaſtricis in ventriculum delatus ob externum circumſtans frigus fortis & robuſtus fit: Nam frigus calorem intro cogit, unde hyeme & vere ventres calidiores evadunt. Vapores præterea, qui craſſiores hyeme quàm æſtate ſunt, ſomnos longiſſimos efficiunt, qui maximè concoctiones juvant, copioſiore alimento indigent: Qui enim regiones frigidas incolunt, voraces ſunt: Æſtate verò aër calidus & lucidus calorem noſtrum evocat; unde homo minus appetit, pejus concoquit, pejorem ſanguinem conficit, calor noſter imminuitur, multi ſpiritus abſumuntur & diſſipantur.

---

16. Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris & aliis tali victu uti conſuetis.

In febribus victus liquidus ægrotantibus adhibetur; nimirum Decoctum Corn. Cerv. ptiſana, juſcula pulleaſtrina cum ſucco Limonum: Optimè igitur exhiberi poſſunt in febribus, ſed non frigida, quibus obſtructio-

ſtiones & conſequenter febres augentur: Eodem modo in ſanis, tum propter ætatem, tum propter conſuetudinem, quæ altera quaſi natura eſt, ejuſmodi ordinem ſervare convenit.

17. Et quibus ſemel aut bis, & plura, vel pauciora, & per partes offerri conducat, videndum: Concedendum autem aliquid, & conſuetudini, & tempeſtati, & regioni, & ætati.

An verò & quando an ſæpius, an rarò, an ſemel, aut bis cibum præbere oporteat? hoc ex viribus ægrotantis & morbi natura colligendum eſt: Viribus autem cum ſpirituum defectu debilibus exiſtentibus, multum & boni ſucci & ſæpius iterati alimenti requiritur; ut pullorum jura, ptiſana nec non lac aſininum, & id genus alia, quæ optimè conveniunt.

18. Æſtate & autumno cibos difficillimè ferunt, hyeme facillimè, deinde vere.

Verùm æſtate cibos difficillimè perferimus, quia calor externus ſanguinem rarefacit, ſpiritus facilè exhalant, largiorque potus humorem gaſtricum diſſipat: Sic etiam autumno cibos difficillimè ferimus: Quia aër craſſus nebuloſus cibum ingeſtum concoqui non ſinit: unde morbi autumnales habentur periculoſiſſimi, quod ferè ſemper ex his cauſis enaſcuntur: Et cùm hyeme contraria ex parte pori clauſi & calor intra concluſus eſt vere temperato faciliùs quàm in æſtate & autumno cibos ferre ſolent ægrotantes.

19. His qui per circuitus exacerbantur, nihil dare oportet, neque cogere, ſed auferre de appoſitionibus ante judicationes.

Acceſſiones & conſtitutiones modum victus conſtituunt, quæ ſententia etiam Aphoriſm. 11. habetur, cujus indicium eſt: In acceſſionibus abſtinere oportet; In augmento, vigore, & periodi tempore cibus dari non convenit, niſi quinque vel ſex horæ intercedant. In principio neque cibus neque potus præberi debet. In incremento &

& vigore verò, potus dari poteſt, vide Sect. XI.

---

20. Quæ judicantur & judicata ſunt perfectè, neque movere oportet, neque innovare, ſive purgantibus ſive aliis irritamentis, ſed ſinere.

Quæ motu periſtaltico perfectè foràs moventur, permittenda, & quæ bene judicantur, non egent auxilio medici: nihil ergo movendum, neque novandum, neque medicamentis, neque aliis irritamentis, ſed omnia in ſtatu ſuo relinquenda.

---

21. Quæ ducere oportet, quò maximè vergant, eò ducenda per loca convenientia.

Hic Aphoriſmus per ſe clarus eſt, nec explicatione indiget. Per quem locum enim humores ſua ſponte, vel vi & motu ſpirituum, convenienter ferri debent, eisdem eodem ſubveniendum; ſin minus convenienter, eorum motus medico providendus:

Humorem noxium transferre, ac revellere, & inhibere, impoſſibile eſt, ſed mediis convenientibus materiam motam diminuere, per conſuetas vias per quas materia ſeſe expurgare ſolet, eidemque viam ſternere, maximè decet.

---

22. Concocta purgare & movere oportet, non cruda, neque in principiis, niſi turgeant; plurima verò non turgent.

Ut pituita craſſior & crudior faciat catarrhum, nihil ſane errhinis & aliis, quæ per os purgent, proficies, niſi priùs materiam coxeris & ad expulſionem præparaveris, quod, ſi antequam ſit præparata, vacuationem medicamentis tentes, fortaſſè multum lædes, & graves dolores excitabis, ut in arthriticis, id quod experiri licet in phlegmone & aliis: Verùm incommoda, quæ hinc inde accidunt, ſunt; Quia dato medicamento, nondum concocto morbo, vis infertur naturæ.

Hinc prudenter Hippocrates Lib. IV. de victu morborum acutorum: Quicunque (inquit) ſtatim inter morbi initia, phlegmone obſeſſas partes, medicamento ſolvere conantur, ii à parte interna inflamataque nihil auferunt: Affectus enim, quod crudus ſit,

ſit, non cedit: Quæ verò morbo reſiſtere poſſunt, & ſana ſunt, abſumunt, hactenus ille: tenues humores quales ſunt ichores, initio morbi poterunt repurgari; At verò craſſi priùs coquendi, deinde purgandi: Verùm ſi humores noxii turgeant, in principio morbi, illis nondum coctis, uti purgante licebit; & citius purgandum eſt, ne in aliquam partem decumbant: Nam ſi materia illa decumbat in articulos ubi obſtructiones imminent, faciet arthritides, paralyſes: Sin ad cerebrum apoplexias, &c. Statim igitur initio optimum erit, dare Clyſterem, aut medicamentum leve: ut Caſſiam quod partem materiæ coctam per inferiora purget.

---

23. Quæ prodeunt non copia ſunt æſtimanda, ſed ſi prodeant qualia oportet, & facilè ferat: Et ubi ad animi diliquium ducere oportet, hoc etiam faciendum, ſi æger ſufficiat.

Quæ vacuantur è corpore, ſive ſpontè, ſive medicamentis, ſpectanda, an infeſta ſint? vel ſi æger ſymptomatibus, quibus gravabatur, liberatur, faciliùs hanc ipſam evacuationem ferat: Quando verò neceſſitas imminentis affectus urgeat, ut in inflammatione

tione magna, ubi ad diliquium animi evacuatio ducenda eſt, ut diminuetur orgasmus, ſi vires ſint robuſtæ, & æger vehementiæ morbi reſiſtere poſſit.

---

24. In acutis affectionibus rarò, & in principiis purgante utendum, atque hoc diligenti priùs adhibita cautione faciendum.

In morbis acutis, ubi vires dejectæ ſunt: & ſi æger ſit in ſtatu deplorato, prohibentur purgationes: Vires enim conſervandæ ſunt: Contrà, ſi vires robuſtæ, & humores tenues purgabimus: In morbis acutis; Ponamus duos febricitantes, alter gaudeat alvo ſatis fluida, ſitiat, magnum calorem percipiat: alter ſit adſtricta alvo, nec nauſeet, nec ſitiat: In hoc inſtituam clyſterem aut leve aliquod medicamentum; in altero venam aperiam: Si venter verò ſupra modum uratur, vel aliqua pars mobilis inflammatione tentetur; tum enim purgatio omninò periculoſa.

---

25. Si qualia purgari oportet, purgemus

mus, confert, & facilè ferunt, ſi verò contraria, difficulter.

In morbis, in quibus convenit, ut humor educatur, materia concocta, non cruda ſit, & quidem per locum convenientem, confert: Contra illam fovere & retinere difficulter fiet. Vide Aphor. 2. Sect. I.

SECTIO SECUNDA.

1. Quo in morbo ſomnus laborem facit, lethale: Si verò ſomnus juvet, non eſt lethale.

Sicut ſomnus naturalis partes corporis corroborat, fovet, ſpiritusque recreat; Contrà ſomnus deficiens gravat & lædit, cauſa morbifica indomita & cruda manet, cujus concoctio à ſomno exſpectatur: Nam maſſâ ſanguineâ humore viſcoſo privatâ, ſpiritus & dominantes humores acres fiunt; unde ſomnus neceſſariò laborem adfert, præterea lethale eſſe poteſt.

2. Ubi ſomnus delirium ſedat, bonum.

Si ſomnus adimat delirium, ita, ut æger ab omnibus ſymptomatibus allevetur, viscoſitas introducta eſt in maſſam ſanguineam, quæ ſpiritus lenit; unde bonum ſperandum.

3. Somnus, vigilia, utraque modum excedentia, malum.

Omne nimium naturæ inimicum: Somnus ergo & vigilia ſi ſupra modum extiterint, malum: Nam gravem ſomnum lenti, craſſi & frigidi humores gignunt: Contrà nimia vigilia lympham, ſanguinem & ſpiritus acres producit.

4. Non ſatietas, non fames, neque aliud quicquam bonum eſt, quod naturæ modum excedat.

A fame vires & ſpiritus diminuuntur, nec non

non exhalant, ſatietas incoctum, craſſum & viſcoſum humorem parit.

---

5. Spontaneæ laſſitudines morbos denuntiant.

Quum multa materia cruda, in corporis habitu, facilè obſtructiones faciens, adeſt, laſſitudines ſpontaneæ eveniunt, morbumque prænuntiant.

---

7. Quicunque aliquâ corporis parte dolentes, dolorem ferè non ſentiunt, his mens ægrotat.

Delirantes enim, & phrenetici dolorem, quod animus occupatus in ipſo delirio eundem comprimit, non perſentiſcunt; Hinc iisdem ſenſus communis ægrotat.

---

7. Quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet, quæ verò brevi, celeriter.

Non ſolùm humores & ſpiritus longo tempore diminuti ſunt, ſed etiam corpora ſolida extenuata, ita, ut non tantùm humores & ſpiritus, ſed etiam partes ſolidas reparare debeamus; Propterea paulatim reficere oportet: Contrà ubi ſpiritus extenuati ſunt, ſubitò reſtaurandi.

8. Si â morbo cibos quis capiens, non roboretur, indicat corpus uberiori cibo uti. Si verò cibum non capienti, hoc eveniat, evacuatione opus habere noſſe oportet.

Cùm convaleſcentes juſta quantitate cibum capiunt, & non corroborantur, absque damno uberiori alimento uti poſſunt: Contrà ſi convalescentes cibum prorſus non appetunt, indicium eſt, viſcoſum & glutinoſum in corpore vagari humorem: Itaque evacuatione indigent.

9. Corpora, ubi quis purgare voluerit, facilè fluentia reddere oportet.

S

Si corpora fluida reddere vis, uteris medicamentis ad hunc ſcopum adæquatis, & alimentis bonæ concoctionis, ut juſculis emollientibus, &c.

10. Impura corpora, quò magis nutriveris, eò magis lædes.

Corpora cacochymia obſita, quò pluribus alimentis, eò pluribus damnis augentur, quo fit, ut corrumpantur, & cacochymia augmentetur.

11. Facilius eſt repleri potu, quàm cibo.

Reverà nihil eſt, quod vires ægrorum citius reficere valeat, quàm liquida & ſpirituoſa; Sequitur proinde facilius potu quàm cibo repleri poſſe.

12. Quæ in morbis poſt criſin relinquuntur, recidivas facere ſolent.

Tam empyreuma, tam materiæ contumacia, meatuum obſtructiones, & ferè recidivas faciunt, aut ſi æger plura ſumpſerit, quàm ab illo confici poſſint, timendum eſt de recidiva.

---

13. Quibus criſis fit, his nox ante acerbationem gravis eſt: Subſequens verò levior plerumque.

A conturbatione materiæ hujus efferveſcentiæ, gravia fiunt ſymptomata, quæ nocte antecedente ægrum fatigant: In ſequenti verò nocte leviora fiunt, quia materia morbifica jam nunc quodammodo concocta & excreta eſt.

---

14. In alvi profluviis mutationes excrementorum juvant, niſi in prava mutentur.

Multæ humorum ſpecies, & varietas excrementorum expurgatorum juvant: Nam partes interiores ab obſtructionibus eſſe expeditas indicat:

dicat: Si nigra aut livida fuerint, colliquationis & putredinis ſigna ſunt, imò exitium potiùs quâm ſalutem, ſignificant, aut mala ſymptomata ſupervenientia: Aut ſi ab alvi profluvio, dyſenteria aut lienteria ſequitur.

---

15. Ubi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore exoriuntur, excretiones inſpicere oportet: Si enim bilioſæ fuerint, corpus unà ægrotat: Si verò ſimiles ſanis fiant, tutum eſt corpus nutrire.

Quum vitioſi humores neque per vomitum, neque per urinas, neque per alvi excretionem evacuantur, in cute reſtitant, unde tubercula & abſceſſus, ſæpius fauces affli&tantes, reſultant, quæ per alvi excretiones dignoſcenda ſunt. Cùm videtur corpus eſſe ſanum, tutum eſt nutrire: Nam ſi purgamus bonum, foràs expellendo, malum revocamus: At ubi corpus internum humoribus abundare videmus, non ſolùm purgamus, ſed etiam ſanguinem detrahimus, præcipuè ubi reſpirandi difficultas adeſt: Et inſpicere urinæ & alvi excretiones oportet, vel ſi alia ſymptomata apparent, quæ nos excitant, ut oris ſiccitas, ciborum faſtidium, tunc purgandum eſt.

16. Ubi fames, non oportet laborare.

Cùm enim fames & motus nocent, purgatio vitanda, neque ſanguis mittendus, neque vomitus aut ſudor provocandus, ſed omninò quieſcendum: Nam ſpiritus deperduntur, & vires attenuantur.

17. Ubi cibus præter naturam copioſior ingreſſus fuerit, id morbum facit. Offendit autem ſanatio.

Nam nimia ſatietas ſanitati officit, vires opprimit, obſtructiones, dyſenteriam & alia incommoda parit, eorum morborum ſanatio, qui à nimiâ cibi abundantiâ oriuntur, vacuatione perficitur.

18. Eorum quæ confeſtim & celerite[r] nutriunt, celeres etiam fiunt ege[-]ſtiones.

Edu

Edulia liquida & humida, quæ boni ſucci ſunt, alimentum præbent, celerrimè conſici, & excrementa facillimè expelli poſſunt.

19. Acutorum morborum non omninò tutæ ſunt prædictiones, neque mortis, neque ſanitatis.

In morbis acutis ſæpè fallimur: Abſceſſus enim interni, ſubitæque mutationes fallunt medicos, ut prænuntiationes affirmare non valeant.

20. Quibus, dum ſunt juvenes, alvi ſunt humidæ, iis feneſcentibus ſiccantur: Quibus verò, dum ſunt juvenes, alvi ſunt ſiccæ, his ſeneſcentibus humectantur.

In juvenibus ubi lymphæ copia, alvus ſit laxior & humidior, ſeneſcentibus humiditatis defectu, ſiccatur alvus: Contrà juvenibus exiſtentibus, cùm alvi ſint ſiccæ, ab ino-

inopia lymphæ humiditatis, ſeneſcentes, ob acerrimæ bilis alvum ad excretionem ſtimulantis copiam, facilè dejiciunt.

---

21. Famem vini potio ſolvit.

Vini potio, ſuo ſpiritu humorem gaſtricum in ſtomacho reſidentem penetrare & diluere atque famem ſolvere poteſt; ut videre eſt in ebrioſis, qui cùm multum bibunt, minimum comedunt.

---

22. A repletione, quicunque fiunt morbi, evacuatio ſana, & quicunque ab evacuatione, repletio: Et aliorum contrarietas ſanat.

Morbi ex repletione curantur evacuatione, qui ab inanitione proficiſcuntur, in quibus corpus flatibus repletum eſt, plenitudine ſanantur, cæterorumque remedia ſunt contraria.

---

23. Acuti morbi in quatuordecim diebus judicantur.

Se-

Secundum acumen morbi terminationem judicare debemus: Nam aliquando criſis repentina fit, unde mutatio vel ad ſalutem, vel ad mortem.

---

24. Septimorum quartus eſt index. Alterius ſeptimanæ octavus eſt initium. Notandus verò undecimus: iis enim quartus eſt alterius ſeptimanæ. Notandus rurſum decimus ſeptimus: Hic enim eſt quartus quidem à decimo quarto, ſeptimus verò ab undecimo.

Cuique morbo acuto eſt ſtatutus dierum terminus, ſecundum ſuos motus & ſymptomata. Ratio horum dierum & judicantium & indicantium ab exacerbationibus ac paroxyſmis, in quos criſis incidit, dependet.

25, Quartanæ æſtivæ plerumque fiunt breves: Autumnales verò longæ, &

maximè quæ propè hyemem inci-
dunt.

Nam illa materia craſſa viscida, in aliqua corporis parte verno vel æſtivo tempore collecta, magis digeſtibilís eſt; aëre calidiori favente, agitare ſeſe incipit, à ſuis vinculis extricatur; propterea breviores fiuut quartanæ: Contrà autumnales & hybernæ perlongantur: Ibi enim humor magis craſſus, minus fermentabilis, aërque humidus, frigidus & rigidus, inſuper anni conſtitutio, plurimùm faciunt ad brevitatem aut longitudinem morborum; ſicut in non adeò diu à me edito Tractatu de Variolis & Morbillis ac comitantibus Febribus videndum eſt.

---

26. Febrem convulſioni ſupervenire melius eſt, quàm convulſionem febri.

Febris attenuat humorem, propterea melior eſt: Convulſio febri ſuperveniens, malum, quippe ſpiritus acriores fiunt & deficiunt.

---

27. His, quæ non ſecundum rationem le-

levant, credere non oportet, neque timere valdè, quæ præter rationem fiunt prava: Multa enim horum ſunt inconſtantia, nec admodùm permanere, neque durare ſolent.

Cùm enim nulla præceſſit vacuatio, non fidendum iis, quæ præter rationem levant: Recidivam minantur. Sic non formidanda mala, quæ præter rationem accidunt, cùm præceſſerunt ſalutaria omnia.

---

28. Febricitantium non omninò leviter permanere, & nihil remittere corpus, aut etiam magis quàm pro ratione colliquefieri, malum eſt; Illud enim morbi longitudinem indicat, hoc verò infirmitatem.

Si corpus in eodem ſtatu permanet, morbi longitudo judicatur: A diuturnitate morbi vires & ſpiritus deperduntur: Quæ verò corpus colliquant & comminuunt, mala ſunt. Secundùm ſanguinis pertuabationis

tionis gradum, febris mediocris vel magna oritur.

---

29. Incipientibus morbis, ſi quid movendum videatur, move; Vigentibus verò, quieſcere melius eſt.

Si movendum eſt, id faciendum initiò eſſe indicatur, quò, parte materiæ detracta, reliqua melius corrigere poſſimus, viribus adhuc conſiſtentibus: In vigore melius quieſcere convenit: Nam ſymptomatibus perturbatum & fatigatum eſt corpus, id inſpicere & reſpicere oportet.

30, Circa principia & fines omnia ſunt debiliora; Circa vigores verò vehementiora.

In Aphoriſm. præcedenti rationem exponit: Initio morbi ſymptomata omnia leviora ſunt, in vigore major perturbatio; morbi vehementius certamen deprehenditur.

---

31. A morbo bellè comedenti, nihil pro-

proficere corpus, malum eſt.

Indicium eſt, quod materia craſſa viscoſa in ſtomachi rugis adhuc latitet, corpusque obſtructionibus valdè ſcateat.

---

32. Ut plurimùm omnes qui malè habent, circa principia quidem benè comedentes, & nihil proficientes, ad finem rurſus cibum non appetunt: Qui verò circa initia quidem cibum omninò non appetunt, meliùs liberantur.

Cùm ægri per initia appetunt & nihil proficiunt, cauſa eſt, quod materia viscoſa ſtomachum occupet; & qui in principio cibum non appetunt, interim conſumitur illa materia viscoſa, melius itaque liberantur.

---

33. In omni morbo mente valere, & benè ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum eſt: Contrarium verò malum.

Quod

Quod ſi in morbis mens conſtet, & vigeat, appetendi deſiderium bonum; Per hoc verò indicatur humores bene mixtos, partes robuſtas, & ſpiritus non eſſe affectos: Contrarium malum.

34. In morbis minùs periclitantur, quorum naturæ & ætati, & habitui, & tempori magis ſimilis fuerit morbus, quàm in quibus horum nulli fuerit ſimilis.

Ubi morbus ætati conformationi corporis affinis fuerit, minus æger periclitatur; Contrà periculoſior.

35. In omnibus morbis, quæ partes ad umbilicum & imum ventrem ſunt, craſſitudinem habere, melius eſt. Valde autem tenues & eliquatas ipſas habere, malum. Periculoſum verò

illud

illud eſt; etiam ad infernas purgationes.

Si corpulentus & craſſus venter, bonum eſt: Si verò partes inferiores extenuatæ ſunt, non bonum ſignum. non viget ſanitas in corpore, & purgationes, deficiente vi, minùs procedent.

---

36. Qui ſana habent corpora, pharmacis purgati cito exolvuntur, ut & qui pravo utuntur cibo.

Medicamenta fibras inteſtinorum irritant, motu periſtaltico aucto, facilè purgantur; Et qui pravo utuntur cibo, illis acris humor gignitur, & haud difficulter purgant.

---

37. Qui benè valent corpora, purgatu ſunt difficiles.

Illi acerbis humoribus carent, partibus robuſtioribus gaudent.

38. Pau-

38. Paulò deterior & potus & cibus, jucundior autem eligendus potiùs quàm meliores quidem, ſed ingratiores.

Deterior eſt potus & cibus, quando ſanitati noſtræ non convenit: Melior & ſuavior, quum noſtro corpori familiaris eſt.

39. Senes ut plurimum quidem juvenibus minùs ægrotant: Quicunque verò ipſis morbi fiunt diuturni, plerunque commoriuntur.

Juvenes enim ob vitam intemperatam & libidinoſam ſæpius ægrotant, quàm ſenes: Contrà verò ſenes minùs, ob vitam temperatam & abſtinentem.

40. Raucedines & gravedines, in valde ſenibus non coquuntur.

Om-

Omne genus catharri, in valde ſenibus non facilè coquitur, vires imbecillæ ſunt: Nam acris lympha, in faucibus, vel in aſpera arteria depoſita raucedines & gravedines facit.

41. Qui ſæpè, & vehementer, absque manifeſta cauſa animo linquuntur, ex improviſo moriuntur.

In iſtis temperamentis, maximè pulſus & reſpiratio ſunt obſervanda. Ubi ſpiritus coarctantur & diſſolvuntur, motus ſenſusque privatio, ex improviſo moriuntur.

42. Solvere apoplexiam, vehementem quidem, impoſſibile: Debilem verò non facilè.

Apoplexia vehemens & fortis eſt motus & ſenſus univerſi corporis privatio, oppreſſione vel obſtructione meatuum cerebri, incurabilis eſt: Debilis verò ubi non inſignis obſtructio aut coarctatio adeſt, ita, ut ſen-

ſenſus quidem aut motus adſit, ſed admodum ſtupidus.

---

43. Ex iis, qui ſtrangulantur, & reſolvuntur, nondum autem ſunt mortui, non ſe recolligunt quibus ſpuma circa os fuerit.

Cùm ſtabilis circa os apparet ſpuma vel ſaliva, cohibita eſt reſpiratio; ſignum eſt exitiale; Aër ulterius pulmones movere non poteſt.

---

44. Qui natura ſunt valde craſſi, magis ſubitò moriuntur quàm graciles.

Vita noſtra in continuo motu & agitatione ſanguinis conſtat; In obeſis, ubi lympha & ſanguis detentus facilè obſtructiones parit, corrumpitur: Quamobrem difficultati ſpirandi, & ſuffocationi obnoxii ſunt, quæ origo & cauſa ſubitanæ mortis.

---

45. In gracilentis epilepticis pueris,

mu-

mutationes, maximè ætatis, & regionum, & vitarum, liberationem faciunt.

Pueris epilepticis, non facilè evaneſcit epilepſia: Sed juvenes facti liberari poſſunt, mutatione aëris, vel beneficio ætatis, quum ſemen emittere incipiunt.

---

46. Duobus doloribus ſimul obortis, non in eodem loco vehementior obſcurat alterum.

Quando excitantur dolores, mens tantùm judicat vel patitur dolorem, à quo afficitur: Ergo major obſcurat minorem.

---

47. Circa puris generationes, dolores & febres magis accidunt, quàm ipſo facto.

A ruptione & diſtenſione partium membranarumque fiunt dolores: Materia aërea po-

poros vi obſtructos tranſiens mixturam ſanguinis perturbat, unde febres: Jam facto pure, nihil obſtat.

---

48. In omni corporis motu, quando dolore ceperit interquieſcere, ſtatim laſſitudinem curat.

Quies & otium, in corporis motu, dolori & laſſitudini ſolatio eſt.

---

49. Conſueti ſolitos labores ferre; etiamſi fuerint debiles aut ſenes, inſuetis, robuſtis, & juvenibus, faciliùs ferunt.

Per exercitium corpus noſtrum roboratur, plus quàm in iis qui in otio degunt. Senes etiam faciliùs ferunt exercitia conſueta, quàm robuſti, & juvenes non aſſueti: Conſuetudo facit naturam.

---

50. A multo tempore conſueta, etiamſi

ſi fuerint deteriora, inſuetis minùs turbare ſolent; Oportet igitur ad inſolita mutare.

Conſuetudo eſt altera natura, qui aſſueti ſint quamvis deteriora, iis minùs moleſtari ſolent: Quod illa ſolida vel liquida quæ aſſumuntur, non correſpondent cum ſuis poris eadem figura & magnitudine, cum poris noſtri ſanguinis; Unde illa nova mutatatio ſenibus & imbecillis eſſe poteſt.

51. Multùm, & derepente, evacuare aut replere, aut calefacere, aut frigefacere, aut aliter, quocunque modo, corpus movere, periculoſum eſt: Nam etiam omne multum (id eſt) naturæ eſt inimicum: Quod verò paulatim fit, tutum eſt, tum aliàs, tum ſi quis ex altero ad alterum tranſeat.

Omnis ſubita mutatio periculoſa eſt: Nam ſanguis & ſpiritus alterantur, aliamque faciem acquirunt, quæ motui noſtræque vitæ con-

contraria eſt. Aphoriſmus ſatis apertè demonſtrat.

---

52. Omnia ſecundùm rationem facienti, & non ſecundùm rationem evenientibus, non transeundum ad aliud, manente eo, quod viſum eſt ab initio.

Si morbus apertè cognitus, exquiſita erunt remedia, à quibus non facilè recedendum: Aliquando accidit, ut contumax malum haud facilè cedat remediis, quod ſæpiùs iterata remedia actionem ſuam perficiant; quod ſi ſigna morbi permutentur, per conſequens quoque remedia commutabuntur.

---

53. Quicunque alvos habent humidas, dum quidem juvenes ſunt, meliùs liberantur his, qui ſiccas habent. Ad ſenectutem verò pejus liberantur: Siccantur enim ut plurimùm ſeneſcentibus.

Al-

Alvus, quæ humida eſt in juventute, ordinariò aſtrictior in ætate provectis redditur: Ubi enim in inteſtinis lympha abundat, alvum reddit lubricam, illi facile deponunt. Quæ expoſitio Aphor. 20. hujus Sectionis facta eſt, ubi videndum eſt.

---

54. Procero corpore juventutem quidem degere liberale eſt, nec deforme: Inſeneſcere verò incommodum, & parvis deterius.

In juventute pulchram eſſe corporis longitudinem, decorum eſt, in ſenectute incommodum. Qui multo ſpiritu, expeditiſſimi ſunt; In ſenectute deficientes, incurvati & gibboſi fiunt.

SECTIO TERTIA.

1. Mutationes anni temporum, maximè pariunt morbos: Et in ipſis

temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris; & alia, pro ratione, aut caloris, & alia, pro ratione, eodem modo.

Mutationes aëris multos pariunt morbos: Nam aër frigidus ſanguinem incraſſat, viscoſumque reddit, obſtructionibus factis, digeſtione introducta, materia corrupta morbum in ſanguine excitat: Mutatio hyemis in ver, materia collecta ipſo tempore in ſanguine ſpargitur, ſua acredine, acerbitate & modificatione multi creantur morbi: In æſtate verò à calore majori, ſanguinis motu, multi exhalant ſpiritus, maſſaque ſanguinea ſua oleoſitate & unione orbata, multi naſcuntur morbi; Unde patet, hyeme, vere vel æſtate in curatione diverſam habendam eſſe rationem.

---

2. Naturarum aliæ quidem ad æſtatem, aliæ verò ad hyemem, benè aut malè ſunt conſtitutæ.

Cùm temperamenta non æqualia ſunt, quæ calida humectantibus lentè refrigerantibus egent: Contrà qui frigidiore tempera-

peramento affecti ſunt, ſalubriter in calido vivunt.

3. Morborum alii ad alia tempora benè aut malè ſe habent: Et ætates quædam ad tempora, & regiones, & victus.

Morbi benè aut malè ſunt affecti, ſecundùm anni tempora: Sic ætates his temporibus magis vel minus aptæ ſunt: Nam juventus in regionibus temperatis bene ſe habet, ſenectus bene degit in calidis.

4. In temporibus, quando eadem die, modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos exſpectare oportet.

Anni tempeſtatibus ratione temperaturæ aëris, modo calidi, modo frigidi, autumnales morbi expectandi ſunt, quales in Aphor. 22, memorati habentur: Nam continua aëris mutatio, acredinem vel craſſitiem cum viſcoſitate in ſanguinem, ipſiusque lympham introducit.

5. Auſtri auditum gravantes, caliginoſi, caput gravantes, ſegnes, disſolventes. Quum hic dominatum tenuerit, talia in morbis patiuntur. Si verò Aquilonium fuerit anni tempus, tuſſes, fauces aſperæ, alvi duræ, urinæ difficultates, horrores, dolores coſtarum, pectorum. Quum hic dominatus fuerit, talia in morbis exſpectare oportet.

Quum ſeptentrio diutiùs & vehementiùs flat magna parte anni, in iſtis regionibus damnoſum eſt; Sanguinem & lympham reddit craſſum & viſcoſum, ſpiritus craſſos & morbos turbulentos procreat: Unde talia, in morbis ſymptomata, eveniunt.

6. Quum æſtas ſit veri ſimilis, ſudores in febribus multos exſpectare oportet.

Quum

Quum veris anni pars eſt temperata, & in æſtate modificatio & mutatio aëris, veri æqualis eſt: Humor poris illorum correſpondens in vere detentus, ut facilè in æſtate ſudores in febribus exſpectare poſſimus, facit.

7. In ſiccitatibus febres acutæ fiunt, & ſi quidem annus pro majori parte tàlis fuerit, qualem fecit conſtitutionem, ut plurimùm etiam tales morbos exſpectare oportet.

In ſiccitatibus multa in corpore abſumitur lympha, ſitim reſtaurare aquis vel cereviſiis conamur, ex quibus multa cruda ſtomachalia oriuntur: Unde ardores & obſtructiones proveniunt, eò quod lympha acris fiat:

8. In conſtantibus temporibus, ſi tempeſtivè tempeſtiva reddantur, conſtantes & judicatu faciles fiunt morbi,

bi : In inconſtantibus autem, inconſtantes, & difficiles judicatu.

Quum annus ordine quodam, aëris temperamentum, & ſuas periodos ſervat : Morbi quoque conſtantes & boni judicii fiunt : Contrà ubi inconſtans annus, morbi inſtabiles fiunt, & mali judicii ; horum cauſæ & ſymptomata antea explicata fuerunt.

---

9. In autumno morbi acutiſſimi, & pernitioſiſſimi omninò : Ver autem ſaluberrimum, & minimè exitiale.

Autumnus magna ex parte frigidus & nebuloſus, lympham incraſſat, obſtructiones pertinaces parit, naturæ inimicus : Vere autem vitæ & generationi convenienti, multi naturæ familiares ſpiritus generantur. Singulis diebus ad melioris temperamenti æſtatem tendimus.

---

10. Autumnus tabidis malus.

Om-

Omnes mutationes aëris in autumno ſunt tabidis periculoſæ: Propter frigiditatem, ejusque inæqualitatem ſrigidum ulceribus ferax.

11. De temporibus, ſi quidem hyems ſicca & aquilonia fuerit; Ver autem pluvioſum & auſtrale, æſtate neceſſe eſt, febres acutas fieri, & ophthalmias, & dyſenterias; maximè autem mulieribus, & viris natura humidis.

Ubi ſingulæ anni partes non ſtant ſtabiles, ut excedant modum temperaturæ ſuæ, facilè febres acutæ, & ophthalmiæ, & dyſenteriæ oriri poſſunt: Frigida inteſtinis infeſta ſunt, retenta in corpore augentur, quæ acria & acerba fiunt; Et ſi pars aliqua in corpore flaccida eſt, in ea ſe morbus obfirmat.

12. Si verò hyems auſtralis, & pluvioſa, & tranquilla ſit, ver autem ſic-

cum

cum & aquilonium; mulieres quidem, quibus partus in ver incidit, ex omni occaſione abortiunt: Quæ verò pepererint, infirmos & morboſos pariunt pueros, ita, ut vel ſtatim pereant, vel tenues, & morboſi vivant. Ceteris verò mortalibus dyſenteriæ & ophtalmiæ ſiccæ fiunt: Senioribus catarrhi brevi perimentes.

Si conſtitutio & motus aëris, quæ in hyeme naturalem tempeſtatis modum ſuperat, ſit tranquilla & pluvioſa: Ver autem frigidum ſiccum, & frigiditas magna aut vehemens percipiatur, abortiones partuumque difficultates ſolent fieri: Nam multæ obſtructiones oriuntur, matrum corpora imbecilliora reddita, infirmos & morboſos pariunt pueros, A lympha detenta, humores acres, unde dyſenteria & ophthalmiæ & catarrhi fiunt.

---

13. Si verò æſtas ſicca & aquilonia fiat, autumnus autem pluvioſus, & auſtralis, capitis dolores ad hyemem fiunt, et tuſſes, & raucedines, & gravedines, quibusdam verò etiam tabes.

Jam

Jam ſæpiùs diximus in iſtis regionibus aquilonia infeſta eſſe, à quibus humores ab obſtructionibus collecti, autumnali tempore agitati, capitis dolores, raucedines, & alia incommoda producunt.

14. Si verò aquilonius & ſine pluviis autumnus fuerit, iis quidem qui natura ſunt humidi, & mulieribus commodus erit: Reliquis verò erunt ophthalmiæ ſiccæ, & febres acutæ, & gravedines, (diuturnæ) nonnullis verò etiam melancholiæ.

Aquilo, ſanguinem, humores & lympham incraſſat, ſpiritus vivacitatis deperditur: Unde gravedines, febres acutæ, ut & melancholiæ, quæ defectus ſpirituum in ipſo ſanguine exiſtunt, oriuntur.

15. Ex anni verò conſtitutionibus, in univerſum quidem, ſiccitates pluvioſis ſunt ſalubriores, & minùs lethales.

Si humiditas eſt per ſe, ſine conjuncto frigore, temporum anni conſtitutiones temperatæ erunt : Sin conjuncta ſit immodica frigiditas, multi fiunt morbi, propter condenſitatem, & humorum conglutinationem.

16. Morbi autem in pluvioſis quidem plerunque fiunt, & febres longæ, & alvi fluxiones, & putredines, & epileptici, & apoplectici, & anginæ. In ſiccitatibus verò tabidi, ophthalmiæ, arthritides, urinæ ſtillicidia, & dyſenteriæ.

Si viæ ſunt obſtructæ, pori ſunt aſtrictiores, febres erunt longæ, & prohibita transpiratione, plus humoris acris colligitur, ſi defluxerit in pulmones, exulcerabit, & tabem faciet : Apoplexia ab humore glutinoſo & viſcoſo : Sic articuli imbecilles redditi, collecta in illis aliqua materia acerba, ob ſuam intemperaturam conſumpto humido oleoſo, ab acri humore arthritides fient, item ſtranguriæ : A materiâ acri permiſtâ ab ejusmodi

jusmodi humore acri erodente, anteceſſâ obſtructione, etiam dyſenteriæ accidunt.

---

17. Quotidianæ autem conſtitutiones, aquiloniæ quidem, corpora compingunt, & robuſta, & facilè mobilia, & benè colorata, & melius audientia faciunt, & alvos ſiccant, & oculos mordent, & dolorem circa thoracem, ſi quis præexiſtat, majorem faciunt. Auſtrinæ verò, corpora diſſolvunt, & humectant, & auditus graves, & capitis gravitates faciunt, & vertigines in oculis, & corporibus motum difficilem, & alvos humectant.

Aquiloniæ quotidianæ conſtitutiones, ſanguinem & ſpiritus coarctant, poros conſtringunt, corpora minùs tranſpirabilia, unde robuſta & bene colorata, & facilè mobilia, redduntur; Aër ſubtilis & ſiccus meliùs audientia facit: Puncto lacrimali conſtricto, lympha acris oculos mordet: Frigus thoraci & pectori inimicum: Contrà auſtrinæ corpora diſſolvunt & humectant, flatus

tus excitant, unde gravitates, vertigines, & motus difficiles, &c.

---

18. Secundùm tempus autem, vere quidem & prima æſtate, pueri, & his ætate proximi, optimè degunt, & maximè ſani ſunt. Æſtate verò & autumno ad aliquam quidem partem, ſenes. Reliquo autem autumno, & hyeme, qui medii ſunt ætate.

Ver & æſtas per anni tempora pueris temperatiſſima ſalubritati accomodatiſſima, quibus illi firmiore ſanitate fruuntur. Æſtatis verò & aliqua autumni parte, ſenes benè degunt. Autumni & hyemis tempore juvenes & homines ætatis conſtantis optimè valent: Quod in ſuo genere noſtræ temperaturæ ſymmetria eſt.

---

19. Morbi autem omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, nonnulli verò in quibuſdam ipſorum magis & fiunt, & exacerbantur.

Mor-

Morbi enim omnes, omnibus anni temporibus accidere poſſunt, plures tamen ab uſu immodico, vitio victus contrahuntur.

20. Nam vere quidem, inſaniæ, & melancholiæ, & epilepſiæ, & ſanguinis fluxiones, & anginæ, & gravedines, & raucedines, & tuſſes, & lepræ, & impetigines, & vitiligines, & puſtulæ ulceroſæ plurimæ, & tubercula & articulorum dolores.

Humores qui hyeme immoti in corporis partibus deliteſcunt, conſtitutione verni temporis agitare ſe ſolent, facile propter ſuam viſcoſitatem, retinentur & acerbantur, & foràs à tergo, vehementibus humoribus, accedentibus, excluduntur vel præcipitantur, ſecundum aëris mutationem, ita alterationes patiuntur; ad quod concurrit partis debilitas, humoris majoris vel minoris acredinis gradus; Sic ſanguinis fluxiones, anginæ, gravedines, raucedines, tuſſes, lepræ, impetigines, vitiligines, & puſtulæ ulſeroſæ, tubercula & articulorum dolores eveniunt:

Inſaniæ vero & melancholiæ ab irregulari: craſſo & defectu ſpirituum oriuntur.

21. Æſtate verò, & horum nonnulli, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ, & vomitus, & alvi fluxus, & ophthalmiæ & aurium dolores, & oris exulcerationes, & pudendorum putredines, & ſudamina.

Iſtæ infirmitates ſolent accidere æſtatate temporis à vere præcedenti, à lympha collecta craſſa viſcoſa acri facta; Ab antecedenti conſtitutione aëris & temporis, ſecundum majorem vel minorem acerbitatis gradum, ejus partis imbecillitas, ſpirituum diminutio: Circa peculiarem partis affectionem ſymptomata dicta fiunt.

22. Autumno autem, & multi ex æſtivis, & febres quartanæ, & erroneæ, & lienes, & hydropes, & tabes, & urinæ ſtillicidia, & lienteriæ, & dyſenteriæ, & coxæ dolores, & anginæ,

næ, & aſthmata, & volvuli, & epilepſiæ, & inſaniæ, & melancholiæ.

Antumnale frigus poros conſtringit, lymphaque craſſa viſcoſa & acri facta, vel æſtate collectis heterogeneis plurimas febres, quartanas, hydropes, tabes, aliosque morbos ſymptomaticos, in iſto Aphoriſmo annotatos producit.

---

23. Hyeme verò, pleuritides, peripleumoniæ, lethargi, gravedines, raucedines, tuſſes, dolores pectorum, & laterum, & lumborum, & capitis dolores, vertigines, apoplexiæ.

Morbi hyemis proprii hi ſunt, quia à frigidis & aquiloniis multa craſſa & viſcoſa generatur lympha, ejusque detentio in aliqua parte corporis acris fit, unde inflammationes, dolores pectorum, laterum, & lumborum. Ab humore craſſo in flatum verſo & agitato fit vertigo. &c.

---

24. In ætatibus autem talia eveniunt. Parvis quidem, & recens natis pueris aphthæ, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pavores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

Similes morbi in pueris recens natis familiares ſunt: Vel ab humore acri aliquam partem corrodenti, vel à lactis acrimonia ſymptomata iſta procedunt.

25. Ad dentitionem verò accedentibus gingivarum pruritus, febres, convulſiones, alvi profluvia, & maxime ubi caninos dentes producunt, & ii qui inter pueros ſunt craſſiſſimi, & qui alvos duras habent.

Cùm dentes recens natis creſcunt gingiv[illegible] ſtimulantes, unionis ruptio fit, unde dol[illegible] res, inflammationes: A materia aërea fibrillas impetu irruenti ſanguinis mixtu[illegible] pe[illegible]

perturbatur, ſpiritus infecti, lymphaque acris facta, fibras muſculorum nervorumque vellicans, convulſiones, alvi profluvia, & alia incommoda, præcipuè quando canini dentes producuntur, proferunt.

---

26. Iis autem qui ætate ſunt majores, tonſillæ inflammatæ, verticuli in occipitio introrſum extruſiones, aſthmata, calculorum generationes, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ penſiles, ſatyriaſmi, ſtranguriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, maximè verò ſupra dicta.

Puelli ablactati intemperato victu veſcentes; à quo verò humores crudi viſcoſi cumulantur, & partes in tumores attolluntur: Detento humore in glandulis, tonſillæ inflammantur; Excretiones & tubercula eveniunt Aſthma ab obſtructis pulmonum bronchiis, ab humore viſcoſo in cellulis infarcto. A colluvie craſſi humoris in renibus, & veſicæ ſtructuræ infirmitate vel laxitate, calculus: A materia pituitoſa, & ſeceſſione particularum a ſe invicem, putredo, & vermes oriuntur.

---

27. Ætate verò adhuc provectioribus, & ad pubertatem accedentibus, & multa ex illis, & febres diuturnæ magis, & ex naribus ſanguinis fluxiones.

Morbi ætati pubertatis proximi à mutatione temperamenti per voracitatem gignuntur, materiæ copioſitas, modificatio corporis, ejusque ſtructuræ anſam dant: Hæmorrhagia propriè accipitur propter ſanguinis copiam. Sæpius tamen cum maſculus ſemen emittere incipit, & fæminis menſes erumpunt, hæmorrhagia ſolvitur.

28. Plurimæ quidem affectiones pueris judicantur: Aliæ in quadraginta diebus: Aliæ in ſeptem menſibus: Aliæ in ſeptem annis: aliæ ipſis ad pubertatem accedentibus: Quæ verò pueris permanſerint, neque ſolutæ fuerint circa pubertatem, aut fæminis

circa

circa menſtruorum eruptiones, perſeverare ſolent.

Quum ad pubertatem accedunt pueri magna mutatio ſolet fieri ab excretione ſeminis, ut puerorum morbi ſæpius ſolvantur: Eodem modo in fæminis, ubi menſes erumpere cæperint: Nam evacuatio unius partis eſt defectus alterius: Et ſi non evenit, indicium eſt, quod illa materia copioſa ſit & nimis dura, craſſa & immutabilis: Epilepſia verò, ſi vitio ætatis provenerit, per ſeptenarios magna ex parte ſolvitur. Ab hæreditate vel vitio in aliqua parte exiſtenti vinci non poteſt: Quod vitium vincere non poteſt natura, ars non vincet.

---

29. Juvenibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ, epilepſiæ, & alii morbi, maximè verò ſupra nominati.

Diverſæ cauſæ externæ & internæ, ſanguinem reddunt acrem, unde vaſa aperiuntur, ſanguis expuitur: A ſanguinis ſputo, tabes eroſis pulmonum vaſis, febres quoque acutæ & tertianæ, ob errata vitæ, cum intempe-

ranter vivunt, epilepſiæ & alii morbi, ut antea dixìmus.

30. Ultra hanc ætatem verò progreſſis, aſthmata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, febres ardentes, alvi profluvia diuturna, choleræ, dyſenteriæ, lienteriæ, hæmorrhoides.

Verum eſt, quod humano generi iſti morbi eveniant, cum ſæpè intemperanter vivant, more juvenum: Eorum cauſa & effecta ſatis evidenter ab autoribus explicantur: Nam pleuritides, peripneumoniæ, phrenitides, ab obſtructionibus in illis corporis partibus ortis: Febres ardentes, à cauſis mixturam ſanguinis pervertentibus. Cholera, humores acres ſua copia fibras inteſtinorum vellicantes; & ſic cætera alia incommoda oriuntur.

31. Senibus autem, ſpirandi difficultates, catarrhi tuſſiculoſi, ſtranguriæ, dyſuriæ, articulorum dolores, ne-

phri

phritides, vertigines, apoplexiæ, mali corporis habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alvi, & oculorum, & narium humiditates; viſus hebetudines, glaucedines, auditus gravitates.

Omnibus iſtis morbis ſenes afficiuntur vel à cauſis externis, vel à prima origine generationis, intemperie, ſpirituum inopia: Nam omnes ſingularem ſuam habent conſtitutionem.

SECTIO QUARTA.

1. Prægnantes purgandæ, ſi materia turgeat, quadrimeſtres, & uſque ad ſeptimum menſem: Hæ verò minus: Juniores autem, & ſeniores fœtus, cautè evitare oportet.

Senſus hujus Aphoriſmi eſt: A quarto menſe ad ſeptimum, ſi materia turget, gravidas purgare poſſumus: Medicus providere debet, ejuſque prudentia eſt, temporis opportunitatem conſiderare, victus ratione habita: Symptomata, an pharmacis, an phlebotomia tollere periculoſius ſit? de his certas regulas ſtabilire non poſſumus.

---

2. In purgantibus, talia è corpore ſunt ducenda, qualia etiam ſpontè producentia utilia ſunt: Contrario autem modo prodeuntia, ſiſtenda.

Si humor aliquis in vitio peccat, ciendus ac ducendus eſt. Humores verò, vi ſymptomatica, ut dijectiones nigræ & ſimiles, ſecundùm quantitatem & extra modum excedentes, cohibendi ſunt.

---

3. Si quidem, qualia purgari oportet, purgentur, confert, & facilè ferunt, & contraria verò, difficulter.

Ubi

Ubi humor redundat, qualitate aut quantitate, purgatio confert, facile ferunt ægri: Contra ubi tormina, dyſenteriæ, vel alia ſymptomata, alvus vacuetur; gravius ferunt ægri.

4. Purgandum æſtate quidem, magis ſuperiores ventres: Hyeme verò inferiores.

Si partes ſuperiores affectæ, cacochymia laborantes ſupra ſeptum transverſum, convenienter vomitu expurgandæ, conditiones ægri, regionis, victus temperaturæ, habenda eſt ratio: Hyeme verò humores ab aëre frigido tempeſtatibus anni graviores deorſùm expellendi.

5. Sub cane, & canem difficiles ſunt purgationes.

Hæc

Hæc regio temperata in iſtis anni temporibus diſtinguitur à regionibus calidiſſimis, ubi magni æſtus & ardores regunt.

6. Graciles & facile vomentes, ſurſùm purgandi, vitantes hyemem.

Qui ab origine tali corporis ſtructura nati facile vomunt: Hyeme verò obſtructiones motæ per vomitum de novo in tubulis ejusmodi adferre poſſunt.

7. Difficulter autem vomentes, & mediocriter carnoſi, deorſùm, vitantes æſtatem.

Tali modificatione & conſtitutione corporis prædíti, potius per inferiora in hac regione; Æſtate tutius per ſeceſſum.

8. Tabidi verò, vitantes (purgationes) ſurſùm.

Tabidis infenſa eſt vomitio, humor in pulmonibus detentus motu conquaſſatus, bronchia & thoracem irritat, & partes diſtendit.

9. Melancholicos autem deorſùm purgabis eadem ratione contraria adhibens.

Melancholia eſt indiſpoſitio ſpirituum, â ſanguine craſſo & viſcoſo (externisque cauſis) generatorum, & malè in ipſo cerebro elaboratorum. Poſitis iſtis cauſis, medicamenta eò dirigenda, purgatio, vomitus, venæ ſectio in diminuenda copia humorum ſi adſit, tantùm inſerviunt: Aliter materiam incidamus, attenuemus; præcipuè ſpiritus corroborandi, eorumque vis augenda.

10. Pur-

10. Purgandum in valdè acutis, ſi turgeat materia, eadem die: Morari enim in talibus, malum eſt.

Si ſymptomata ferocia ſint, & materia valde turgeat, ut materia diminuetur, purgatio admittenda: Mora enim magis ſanguis inficitur.

11. Quibus tormina, & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque purgante, neque aliter ſolvitur, in hydropem ſiccum firmatur.

Humore flatuoſo, in inteſtinis incluſo, commoto, membranæ & fibræ diſtentundur, lumborumque gravis fit dolor: Cruciatus juxta umbilicum, ubi ſunt tenuia inteſtina circumvoluta, tormina & alia ſymptomata excitantur.

12. Quibus alvi ſunt lientericæ, eos hyeme ſurſùm purgare, malum eſt.

Cum lienteria procedat ab obſtructionibus, deficiente humore gaſtrico, ventriculus fit flaccidus, ita ut alimenta in ventriculo non fermentent, ſpiritus & calor dificiant atque ab aëris frigidi injuriis æger ſtimuletur: Hyeme ſurſùm purgare non eſt utile.

13. Ad Elleboros, qui non facile ſurſùm purgantur, iis ante potionem, corpora præhumectanda, copioſiore alimento, & quiete.

Judicii medici erit elleborum dare, ubi viderit, quod rectè & convenienter paratus fuerit: Aliter in iſtis regionibus non facilè helleboro utimur: Nam acrimonia ſua convulſionem excitare poſſet; & aliis mitioribus medicamentis adornati ſumus.

14. Ubi

14. Ubi biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum magis ducit: Ad ſomnos verò, & quietem minus: Declarat autem etiam navigatio, quod motus turbat corpora.

Sumpto helleboro æger ſe moveat, ut faciliori modo pituitam ex ſtomacho evomat: Navigationis motu in non aſſuetis ſpiritus & humores in gyrum circumferuntur & perturbantur.

15. Quando vis magis ducere helleborum, moveto corpus: Quando verò ceſſare, ſomnum facito, & non moveto.

Cùm omnis purgatio, præcipuè Helleborus, humores à ſanguine ſeparet, hi motu exaſperantur, ille vim ſuam exerendo, ſpiritus & ſanguinem perturbat, illique acriores fiunt.

16. Helleborus periculoſus eſt, ſanas carnes habentibus; convulſionem enim inducit.

Helleborus, cùm ſit medicamen nimis acre, facilè motus convulſivi oriri poſſunt.

17. Non febricitanti appetitus dejectus, & oris ventriculi morſus, & tenebricoſa vertigo, & os amareſcens, ſurſùm purgante opus eſſe indicat.

Si omnia illa ſigna & ſymptomata adſint, ſuperiori purgatione opus ſit. Appetitus proſtratus à deficiente humore gaſtrico, & acido ſalino in ventriculo, ejusque morſus à corrupto humore intemperato detento; In vertigine ſpiritus inordinato motu in cerebro gyrantur, os amareſcens verò â lympha craſſa & amara.

18. Supra ſeptum transverſum dolores, qui purgatione egent, ſurſùm purgante opus eſſe, indicant: Qui verò infrà deorſùm.

Ubi dolores ſurſùm ſentiuntur, & materia partes ſuperiores aggravat, proximæ parti ſuccurendum eſt: E contrà verò deorſùm, quò natura vergit, eò ducenda eſt.

19. Qui in purgantium potionibus non ſitiunt, dum purgantur, non ceſſant, priusquam ſitiverint.

Ab immoderata purgatione aqua multa, lympha, pituita & urina expurgatur, facilè os reſiccatur, unde ſitis percipitur.

20. Non febricitantibus ſi fiat tormen, & genuum gravitas, & lumborum dolor, deorſùm purgante opus eſſe indicat.

Ubi in viſceribus tormina adſunt, ab humore acri flatulento, de crurum & lumborum gravitate conqueruntur, ibi per inferiora excretione opus eſt.

21. Dejectiones nigræ, qualis ſanguis niger, ſpontè prodeuntes, & cum febre & ſine febre, peſſimæ: Et quantò colores dejectionum plures fuerint pejores, eò deterius: Cùm purgante verò, melius: & quantò colores plures, non mali ſunt.

Dejectiones ſpontè prodeuntes limoſæ, fæculentæ, nigræ, ab acido auſtero infectæ, diverſi coloris, peſſimæ ſunt: Nam infractum eſt robur, & vis ſpirituum: Contra, quando ſi-

ſimiles humores purgante dejiciuntur, qui anteà (nobis ignotis) in corpore latitabant, bonum eſt.

---

22. Morbis quibusvis incipientibus, ſi bilis atra vel ſurſùm, vel deorſùm prodierit, lethale.

Si in principio morbi atra bilis, ſurſùm vel deorſùm excernatur, ſanguinis agitatio debilitata, ejuſque œconomia perturbata, & ſpiritus attenuati ſunt, ita, ut æger langueat, humores à ſe invicèm ſeparati, funeſta ſigna ſunt.

---

23. Quibuscunque, ex morbis acutis, aut ex diurnis, aut ex vulneribus, aut aliter quocunque modo, extenuatis, bilis atra, vel qualis ſanguis niger, prodierit, poſtridie moriuntur.

Morbi

Morbi acuti indicant ſublatam eſſe ſanguinis mixturam, ejuſque æqualitatem turbatam, & vires, qualicunque modo extenuatas, ſuperveniente atrâ bili, vel ſanguine colore nigro infecto, robore ſpirituum orbato, malus exitus exſpectandus.

24. Dyſenteria, ſi ab atra bile inceperit, lethale.

Si humor acris, pungens & auſterus, inteſtina invaſerit, vireſque debiles, & dyſenteria non ſit critica, funeſtum erit.

25. Sanguis ſurſùm quidem, qualiſcunque ſit, malum: Deorſùm verò, bonum, niger ſubtùs ſecedens.

Sanguis qui ſurſùm ex pulmonibus vel thorace excluditur, malum: Nam partes, nobiles ſunt, deorſùm per vias tritas, per hæmorrhoides, vel per uterum, bonum.

---

26. Si à dyſenteria detento, velut carunculæ ſeceſſerint, lethale eſt.

Si in dyſentoria ramenta tenuia exeunt, ac inteſtinorum ſubſtantia depaſcitur, & carunculæ excernuntur, lethale.

---

27. Quibus per febres, ſanguinis copia undique eruperit, in refectionibus his alvi humectantur.

Copioſo ſanguine vacuato, deperduntur ſpiritus, viresque debiles redduntur; Genus humidum & crudum, remanente copia lymphæ, per inteſtina delabitur.

---

28. Quibus bilioſæ ſunt egeſtiones, ſurditate ſuperveniente, ceſſant; Et quibus ſurditas, bilioſis ſupervenientibus, ceſſat.

Maſſâ

Maſsâ ſanguineâ infectâ viscoſitate, egeſtiones ceſſant: E contrà egeſtionibus vacuatis ceſſat ſurditas.

29. Quibus per febres ſexta die rigores fiunt, difficulter judicantur.

In febribus, incurrente morbo, die ſexto rigoribus ſupervenientibus, acredine & auſteritate, lympha, ſanguis & ſuccus nervoſus affecta ſunt, itaque judicium difficile exſpectatur.

39. Quibus exacerbationes fiunt, quacunque hora, dimiſerit, febris poſtridie eadem hora, ſi corripuerit, difficulter judicantur.

Si materia acceſſionis ſit contumax, immota, & cruda, poſtero die eâdem horâ invadat, morbi longitudinem ſignificat, & ſimiles exacerbationes, non ſolùm intermit-

tentium, ſed etiam continuarum pertinaces ſunt: Quamobrem difficulter judicantur.

---

31. Laſſatis per febres, ad articulos, & circa maxillas maximè abſceſſus fiunt.

Ubi laſſitudo in febribus, humor in articulis, vel in maxillis ſuo motu retardatus, obſtructiones intrudens, tumores & abſceſſus facilè parit.

---

32. Quibus ex morbo reſurgentibus aliquid dolet, ibi abſceſſus fiunt.

Convaleſcentes, ſi dolorem in aliqua parte firmum ſentiunt, abſceſſus ſuſpicio manet.

---

33. Sed &, ſi quid doluerit ante morbum, ibi ſe figit morbus.

Si

Si Pars aliqua laboret, antequam ſe manifeſtet morbus, ibi focus mali reſidet.

34. Si à febre detento, tumore in faucibus non exiſtente, ſuffocatio ex improviſo ſuperveniat, lethale.

Si quidem neceſſe ſit ad reſpirationem, ut perpetuò hiet larynx, ſi æſophagi muſculi detorqueantur, & ſpasmo patiantur, ſubitâ interceptâ reſpiratione, repente fit ſtrangulatio; vel à ſubita defluxione, qua ſpiritus aditus ad cor prohibetur; vel ab aliis cauſis ſtrangulantur ægri.

35. Si à febre detento collum derepentè inverſum fuerit, & vix deglutire posſit, tumore non exiſtente, lethale.

Si muſculi inter ipſam aſperam arteriam & æſophagum diſtorqueantur, ſpasmisque læ-

lædantur, ut collum intorqueatur, intercepta reſpiratione, lethale.

---

36. Sudores febricitantibus ſi inceperint, boni ſunt, die tertia, & quinta, & ſeptima, & nona, & undecima, & quarta decima, & ſeptima decima, & vigeſima prima, & vigeſima ſeptima, & trigeſima prima, & trigeſima quarta: Hi enim ſudores morbos judicant: Qui verò ita non fiunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem, & recidivas.

Sudor vel eſt periodicus, vel ſymptomaticus, vel criticus. Iſti criſeos dies in illis regionibus, ſecundùm materiæ morboſæ genus, aërisque clima reguIariores obſervabantur: Quod in iſtis nominatis diebus, inſtar periodorum fiebant, ſicut accidit in tertianarum & quartanarum paroxysmis ſecundùm materiæ & aëris modificationem: Quæ verò criſe ita non fiunt, indicium eſt, quod materia illa crudior, copioſior, minùs agitabilis; unde labor & morbi longitudo & recidivæ inferuntur: Et quamvis authorum omnium

mnium criticorum cauſas & rationes quæras, nihil ages; In aliquo tamen adæquato rationis modo conſtare debet: Incantatio enim non eſt.

---

37. Sudores frigidi, cum acuta quidem febre evenientes, mortem: Cum mitiore verò, morbi longitudinem ſignificant.

A febre continua multi ſpiritus deperduntur, agitatio ſanguinis ſufflaminata, virium lapſus, unio ſanguinis turbata: In partibus ſuperioribus ſudores frigidi continuantes mortem intentant: Si febris mitior ſit ab humore aliquo crudo, & vires ſatis ſint, morbi longitudo cenſenda eſt.

---

38. Et qua corporis parte ineſt ſudor, ibi morbum eſſe indicat.

Orta agitatio humoris in aliqua parte corporis, unde ſudor manat, morbum eſſe indicat.

39. Et

39. Et qua corporis parte ineſt calor, aut frigus, ibi eſt morbus.

Ubi humor detentus, obſtructiones, ſecundùm pororum conſtipationem, in aliqua corporis parte faciens, ibi vel calor vel frigus ſentitur, materiæ qualitas morbum indicabit.

40. Et ubi in toto corpore mutationes, & ſi corpus perfrigeretur, aut rurſus calefiat, aut calor alius ex alio fiat, morbi longitudinem ſignificat.

Mutationes in horas, in corpore, à motu majoris vel minoris ſanguinis gradus proveniunt: Si viscoſitas pro tempore, partes ſpirituoſas nebulet, frigus ſentitur; e. g.: Homines poſt prandium, viſcoſitate frigidas partes pectoris externas habent, color etiam ab iſtis â differentia qualitatis materiæ dependet: Unde morbi longitudo colligitur.

41. Su-

---

41. Sudor multus à ſomno citra cauſam manifeſtam factus, corpus uberiori alimento uti ſignificat. Si verò cibum non capienti hoc fiat, evacuatione indigere ſignificat.

Si cui præter conſuetudinem, nullâ incidente cauſâ manifeſtâ, à ſomno ſudor multus eveniat, ſignum eſt, corpus copioſiori alimento uti, vel per moram ſerum ſanguinis concreſcens, in ſudorem abiiſſe. Si verò cibum non capienti hoc eveniat, malignæ cuidam materiæ aut ejusdem acrimoniæ attribuendum eſt, tunc evacuatione indigere, ſignificat: Ad medicum practicum relego.

---

42. Sudor multus, frigidus aut calidus, ſemper fluens, frigidus quidem majorem, calidus verò minorem morbum ſignificat.

Su-

Sudor frigidus fluens, detentus in ſuperficie corporis, minùs fermentabilis, propter ſuam craſſitiem, longitudinem morbi ſignificat: E contrà ſudor calidus majori vi motus ſecundioris judicii habetur, humores faciliùs deonerantur.

43. Febres, quæcunque non intermittentes tertia die vehementiores fiunt, magis periculoſæ: Quocunque autem modo intermittentes, quod ſine periculo ſint, ſignificat.

Febris oritur à mala mixtura ſanguinis, ejusque alterationis: Nam malignitas, quæ ſanguinem & ſpiritus inficit, à majori vel minori gradu acerbationis provenit: Cujus rationes videri poſſunt in Tractatu de Febribus nuper ab Authore edito, de Variolis & Morbillis, pag. 22.

44. Quibus febres longæ, his tubercula ad articulos, aut dolores fiunt.

Illa

Illa materia poſt longas febres ob viſciditatem excerni non poteſt, in articulis detenta, nervos comprimens, quò minùs ſpiritus fluere poſſint; Articuli flaccidiores fiunt; materia exacerbata, tubercula, & dolores, & alia incommoda parit.

45. Quibus tubercula ad articulos, aut dolores ex febribus longis fiunt, hi pluribus utuntur cibis.

Si convaleſcentes, plus appetant, & alimentum largiùs capiant, quàm digerere poſſint, cùm vires diminutæ ſint, materiaque in articulos decumbat, tubercula & dolores excitantur.

46. Si rigor incidat febri non intermittenti, debili jam exiſtenti ægro, lethale.

A febre continua ſpiritus depauperati, ſanguis ſufflaminatus, lympha viſcoſa corporis mus-

muſculos obſidens: Si ſæpiùs rigor iteretur, lethale.

---

47. Exſcreationes in febribus non intermittentibus lividæ, & cruentæ, & graveolentes, & bilioſæ, omnes malæ ſunt: At probè ſecedentes, bonæ: Et eadem ratio eſt, quoad alvi egeſtiones, & quoad urinas: Si verò nihil ex conducentibus excernatur per hæc loca, malum.

A defectu ſpirituum animalium in ipſo ſanguine unde corrumpitur, & cruentæ, & lividæ exſcreationes eveniunt, faciem ſuam ſiniſtrè oſtendentes, malum; Quoad alvi egeſtiones, vide hujus Sect. Aphoriſm. 21.

---

48. In non intermittentibus febribus, ſi externa quidem frigida ſint, interna verò urantur, & ſitim habeant, lethale.

Si

Si partes exteriores corporis ab humore craſſo viscoſo obſtructæ, frigidæ ſint, humoris agitatio, ejusque vis non procedat, ut exhalare & circulare poſſit, incendium interclusum obſeruatur, humor vel lympha à calore febrili diminuitur, unde ſitis; funeſtum exitium exſpectandum.

49. In febre non intermittente, ſi labium, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus pervertatur, ſi non videat, ſi non audiat, corpore jam debili exiſtente, quidquid horum fiat, in propinquo mors eſt.

Si convulſiones propriorum muſculorum, in labiis, aut in ſuperciliis, aut in palpebris oculorum pervertantur, adeò, ut partes in eodem ſtatu perverſo maneant, (viresque corporis jam langueant,) & ad ſuum primum ſtatum non revertantur, defectum roboris, virium, & ſpirituum denotant; Malum prognoſticum.

---

50. Ubi in febre non intermittente, difficultas ſpirandi, & delirium fit, lethale.

Per febrem continuam exſpirant multi ſpiritus, ſua oleoſitate privati, acres fiunt, partes craſſæ in cerebro relictæ, inordinatis motibus turbatæ, ſpirituum æquilibrium tollunt: Quæ partes verò motum ſequi non poſſunt, deliria inducunt. Perturbatio & exigua efflatio ſpirituum, quæ craſſa eſt, ſpirationem difficilem agit, quod omne lethale apparet.

---

51. In febribus abſceſſus, qui non ſolvuntur ad primas judicationes, morbi longitudinem ſignificant.

Morbi qui per excretionem non ſolvuntur, febris finem non decernunt; ſignum eſt: Ob materiam tenacem & craſſam, ejusque copiam, partium debilitatem, & ſpirituum vim deficientem, ab antecedenti febre adeſſe: Ita-

Itaque recidivas aut morbi longitudinem ſignificant.

---

52. Quicunque in febribus, aut in aliis infirmitatibus, ex propoſito, (i: e: ob cauſam) lachrymantur, nihil inconveniens: Qui verò non ex propoſito, magis inconveniens.

Lâcrymæ in febribus, quæ procedunt à lympha acri, erodente vaſa lacrymalia, eaque ſtimulante, occidere poſſunt: Involuntariæ verò lacrymæ, (ſine manifeſta cauſa) aliquod malum denunciant; Debilitatem in capite, & acredinem in ſanguine exiſtentem oſtendunt.

---

53. Quibus in febri ad dentes viſcoſa circumnaſcuntur, his febres fiunt vehementiores.

Ubi in febribus viſcoſa materia circa dentes inſpicitur, & color niger apparet, lym-

pha & ſaliva, infectæ ſunt, & ſpiritibus diſſipatis febres à materia corrupta fiunt vehementiores.

---

54. Quibus diu tuſſes ſiccæ, paulùm irritantes, in febribus ardentibus, non admodùm ſiticuloſi ſunt.

Ubi diu tuſſes ſiccæ in febribus ardentibus, ægri paulùm ſiticuloſi ſunt; iis lympha minùs acris, particulis glabris oleoſis imbuta, fauces & aſperam arteriam parùm irritat.

---

55. In bubonibus febres, omnes malæ, præter ephemeras.

Materia bubonis copia malignitatem ſuam communicans ſanguini, per humoris affluxum, longè afficitur; Unde febris continua, quod malum: In ephemera verò parva perturbatio exiſtit.

---

56. Fe-

56. Febricitanti ſudor ſuperveniens, febre non remittente, malum: Prolongatur enim morbus, & copioſorum humiditatem indicat.

Per ſudorem, febre non remittente, tenuiores partes evaneſcunt ſuperſtitibusque craſſioribus vires ægri diminuuntur, ſi non recuperantur, malum: Longitudo morbi prolongatur, humiditas ſine craſſitie facilè per urinam exilire poteſt.

57. A convulſione aut tetano detento, febris ſuperveniens ſolvit morbum.

Ubi obſtrúctio & viſcoſitas in tendinibus & muſculis impacta, à febre attenuane convulſio & tetanus ſolvitur.

58. A febre ardente detento, rigore ſuperveniente, ſolutio (fit.)

In quibus morbus in ſpiritibus reſidet, adveniente viſcoſitate, febrem compeſcit; Illo tempore ſentitur rigor, qui febrem ſolvit.

59. Tertiana exquiſita in ſeptem ad ſummum circuitibus judicatur.

Si talis tertiana exquiſita detur, ætati, temperamento, & regionibus ſimilis, attendendum eſt; forte à catarrhis procedit, & ſeptimo die judicatur.

60. Quibus in febre aures obſurduerunt, his ſanguis è naribus effluens, aut alvus exturbata, morbum ſolvit.

Hu-

Hyeme obſtructiones faciente in auribus, ſanguine naribus effluente, aut, ſi per alvum evacuatur, ceſſat ſurditas: Nam expulſio unius, eſt diminutio alterius. In Aphoriſm. 28. hujus Sect. agitatum eſt.

61. Febricitantibus, niſi in diebus imparibus, dimiſerit febris, reverti ſolet.

Si febris verò dimiſerit in diebus imparibus, indicium eſt morbi materiam parvam & agitabilem eſſe: E contrà craſſa, fixa, ſuas periodos obſervans, reverti ſolet.

62. Quibus in febre, morbus regius ſupervenit, ante ſeptimum diem, malum eſt, (niſi confluxus humorum per alvum fiant).

Febricitantibus morbus regius ſuperveniens, efficit morbum duplicatum: Febre in ſuo rigore ante ſeptimum diem exiſtente, ſanguinis mixtura magis perturbatur, quod malum; niſi inſignis vacuatio ſequatur.

63. Quibus in febribus quotidiè rigores fiunt, quotidiè febres ſolvuntur.

Ubi ſpiritus à materia craſſa viscoſa obnebulati, vigor ſentitur; materiâ iſtâ diſſipatâ, febris ſolvitur. Vide Tractatum meum de Variolis & Morbillis, ibi febrium origines explicantur, pag. 22: ſeqq.

64. Quibus in febre ſeptima, aut nona, aut undecima, aut quarta decima, morbus regius ſupervenit, bonum eſt: niſi dextrum hypochondrium durum ſit: alioqui non bonum.

In

In iſtis nominatis diebus, morbus regius ſuperveniens, ſua viſcoſitate febri prævalens, bonum, hypochondrium eſt à craſſo & viſcoſo humore durum, alioqui non bonum: Ex duobus malis minimum exortum meliùs: Aliter duplicato morbo, pejus eſſet; niſi adveniret vacuatio.

65. In febribus circa ventrem æſtus vehemens, & oris ventriculi dolor, malum.

In febribus, humor acris erodens circa ventrem, æſtum & dolorem pariens, malum.

66. In febribus acutis, convulſiones, & circa viſcera dolores vehementes, malum.

In febribus acutis, ſpiritus animales depauperantur, acres facti fibrillas nervorum vellicant,

cant, vel ab inanitione ſpirituum convulſiones fiunt: Ab humore acri corroſivo, circa viſcera dolores propter obſtructiones oriuntur.

---

67. In febribus ex ſomnis pavores, aut convulſiones, malum.

A defectu & acrimonia ſpirituum pavores & convulſiones deveniunt, ſicut ſuperiùs dictum.

---

68. In febribus ſpiritus offendens, malum; Couvulſionem enim ſignificat, ut ſuprà.

Ut ſuprà.

---

69. Quibus urinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febre, copia ex his ſuccedens tenuis, juvat. Tales autem

maxi-

maximè prodeunt, quibus ab initio, aut brevi, ſubſidentiam continent.

Si craſſa & grumoſa urina exoneratur, ſignum eſt quod viæ iſtæ apertæ ſint, & ſaburra, quæ anteà ſanguinem turbabat, per vias urinarias expulſa; ſanguis & lympha purificatur, & depuratur; quod bonum eſt.

---

70. Quibus autem in febre urinæ conturbatæ, qualis jumentorum, his capitis dolores, aut adſunt, aut aderunt.

Materia viſcoſa cruda obſtructiones in capite facit, vel dolores à flatibus excitantur: Per iſtas, lympha à ſuo motu detenta, acredine inficitur, quæ ſanguinem perturbat.

---

71. Quibus morbi, ſeptima die judicantur, iis nubeculam rubram urina die quarta continet, & àlia ſecundùm rationem.

In

In morbis ſi nebula rubra die quarto in urina apparet, ſignum eſt, quod ſanguis inflammatus, ſale volatili imprægnatus ſit ex quo facilè ſpiritus exhalant, die ſeptimo judicatur; medicique practici alia ſymptomata occurrentia ſimul obſervare poſſunt.

72. Quibus urinæ pellucidæ, albæ, malæ. Maximè autem in phreniticis obſervantur.

Urinæ albæ & perſpicuæ ordinariò ab obſtructionibus in renibus eveniunt: Vel lympha quæ in pelvi renum ſeparatur, ſpiritibus privata, nobis urinam pellucidam reddit: Nam ſpiritibus ad cerebrum vergentibus, æquilibrium ſpirituum animalium tollitur; iſſi vires ſuamque ſubtilitatem lymphæ non impertiunt, quod malum; & in phreniticis præcipuè obſervatur.

73. Qui-

73. Quibus hypochondria elevata ſunt murmurantia, dolore lumborum ſuperveniente, his alvi humectantur, niſi flatus eruperint, aut urinæ copia prodierit. In febribus autem hæc.

Hypochondria elata propter flatus interceptos murmurant, dolores lumborum ſentiuntur, alvi humectantur flatibus erumpentibus, aut, urinæ copia prodeunte, humiditas ceſſat: In febribus autem hæc, malo in hypochondriis reſidente, eveniunt.

74. Quibus ſpes eſt abſceſſum fore ad articulos eos abſceſſu liberat urina multa, & craſſa, & alba reddita, qualis in febribus, cum laſſitudine, quarta die quibusdam fieri incipit. Si verò etiam ex naribus ſanguis eruperit, brevi admodùm ſolvit.

Fe-

Febris origine, à mala mixtione ſanguinis lympha craſſa & viſcida inquinati dependente, materia peccans interdum ad articulos deponitur: Aſt multa urina craſſa ab ægro reddita, ſublata cauſa, tollitur effectus: Laſſitudo autem, â defectu ſpirituum, ob harum partium obſtructiones oborta, proficiſcitur: Eodem modo etiam ſe res habet, ſi ſanguis eruperit è naribus: Nam privatio unius eſt imminutio alterius.

75. Si quis ſanguinem aut pus mingat, renum aut veſicæ exulcerationem ſignificat.

Non eſt ſignum univerſale & infallibile; niſi alia clara & manifeſta indicia inſimul concurrant: Nam ſanguis aut pus, vel ſanguis & pus per urinas excretus, ex aliis etiam partibus, ad renes & veſicam, atteſtantibus Autorum obſervationibus, poteſt eſſe delatus.

76. Qui-

76. Quibus in urina craſſa exiſtente, carunculæ ſparvæ, aut veluti pili unà exeunt, his de renibus excernuntur.

Aliquando filamentorum vel in forma caruncularum excreta, indicio ſunt, malum reſidere in renibus, eorumque pori, vel pelvis & uretheres â ſtimulatione acredinis extranea aperti, in cauſa ſunt, quod æger ejusmodi urinam craſſam mejat.

77. Quibus in urina craſſa exiſtentè furfuracea ſimul minguntur, iis veſica ſcabie laborat.

Furfuracea materia eſt ab illo acri ſalino humore, qui ſicuti in cute exteriore corporis, ſic etiam in tunica interiore veſicæ ſcabiem efficere poteſt.

78. Qui

78. Qui ſponte ſanguinem mingunt, his à renibus venæ ruptionem ſignificat.

Mixtionem ſanguinis ſpontaneam â venæ ruptione in renibus exortam fieri pro certo affirmare non poſſumus: Namque hæc à multis aliis etiam cauſis accidere poteſt, quarum diverſitatis rationes apud autores delineatas invenies.

79. Quibus in urina arenoſa ſubſident, illis veſica calculo laborat.

Nec veſicam calculo laborare arenoſis etiam in urina ſubſidentibus, itidem verè, & indubitatè ſtatuere valemus: Inſtitutis enim ſectionibus res planè aliter detecta fuit: Quam obrem autores ob rationum varietatem certiorare nobis non licet, ſed te iterum quoque ad eosdem, ut modò anteà ablegatum volumus.

80. Si

80. Si quis ſanguinem mingat, & grumos & urinæ ſtillicidium habeat, & dolor incidat ad imum ventrem, & interfemineum, partes circa veſicam laborant.

His tribus ſignis, in Aphoriſmo præſuppoſitis, conjunctim præſentibus, harum partium dolore veſicam ipſam gravi aliquo affectu laborare omninò indicatur.

81. Si quis ſanguinem & pus mingat, & ſquamas, & odor gravis ſit, veſicæ exulcerationem ſignificat.

Omnibus his excretis in urina comparentibus, eaque fœtente, exulceratam veſicam eſſe, conjecturare poſſumus.

82. Quibus in urinaria fiſtula tuberculum naſcitur, his, ſuppurato eo & perrupto ſolutio fit.

Si fortuna ſimili in caſu ægris obtigit, ut tuberculum in meatu urinario ſuppuretur, ſolutio ſperanda eſt.

83. Mictio multa noctù contingens, parvam dejectionem ſignificat.

Qui noctu multùm mingunt, parùm depoſituri videntur. Nam evacuatio unius, eſt privatio alterius.

SECTIO QUINTA.

1. Convulſio ex elleboro lethale.

Quantùm ad Elleborum de quo Hippocrates hìc loquitur, attinet, ſua mordaci acredine fibras ventriculi nimis vellicat, nervos irritat, humores vacuat, ſpiritusque inſimul confundit & perdit, unde convulſiones atque infortunium maximum metuendum.

2. Vulneri convulſio ſuperveniens lethale.

Si nervi vulnerati aut pars principalis læſa ſanies vulneris nimis acris, maſſaque ſanguinea infecta ſit, facilè convulſiones funeſtiſſimæ oriri poſſunt.

3. Sanguine multo effuſo, convulſio aut ſingultus ſuperveniens, malum.

Ubi multi ſpiritus exhauſti ſunt, & vires debilitatæ & ſanguis acredine inficitur, ibi facilè convulſiones & ſingultus oriri poſſunt, quod malum eſt.

4. Purgationi immodicæ convulſio aut ſingultus ſuperveniens, malum.

Ubi immodica purgatio obtinet, & inanitio ſpirituum deprehenditur, convulſio & ſingultus ſuperveniens etiam malum.

5. Si quis ebrius ex improviſo mutus fiat, convulſus moritur; niſi febris corripuerit, aut ubi ad horam, qua crapulæ ſolvuntur, pervenit, locutus fuerit.

A.

A nimia ebrietate multis ſpiritibus animalibus â potu generoſo partìm expulſis, partìm ob heterogeneitatem ſuam conſumtis, noxa ſanguini infertur: Lympha craſſa & viſcoſa in organis loquelæ facta, obſtructiones invaleſcunt: Non ſuperveniente febre, hanc viſciditatem tollente, ebrius ad horam ſolutionis crapulæ non perveniens & loquens, ab inanitione ſpirituum convulſus moritur.

6. Qui â tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt. Si verò hos effugerint, ſani fiunt.

Tetanus eſt morbus acutiſſimus, muſculi anteriores & poſteriores cervicis ſunt contracti, & compreſſi, obſtructio nervorum ab humore craſſo & viſcoſo deſcendens, tranſitum ſpirituum impedit, inde etiam reſpiratio impeditur, unde funeſtum expectandum eſt: Si verò intra quatuor dies vigore ſpirituum viſcoſitas removetur, æger evadit, juxta Aphor. 26. Sect. 2.

7. Quibus epilepſiæ ante pubertatem contingunt, mutationem habent. Quibus verò accidunt viginti quinque annos natis, his plerunque commoriuntur.

Cum epilepſia ſit morbus puerilis ſpes eſt ſolutionis ſicut dictum eſt Aphor. 45. Sect. 2.

8. Qui pleuritici facti, non repurgantur ſupernè in quatuordecim diebus, his in ſuppurationem convertitur.

Pleuriticum affectum quod attinet, idem omnibus practicis ſatis cognitus eſt: Membrana enim pleura ob humorem ſtagnantem inflammata: Materia illa peccans, niſi per ἀνακάθαρσιν, vel ſudores excernatur, facilè in diebus ſtipulatis in ſuppurationem abit.

9. Tabes maximè fit ætatibus, ab anno octavo decimo usque ad quintum trigeſimum.

Cauſæ tabis diverſæ eſſe poſſunt, quarum nos mentionem facere, ſupervacaneum exiſtimamus, apud autores ſufficienter leguntur: Ordinariè temporibus in Aphoriſmo notatis propter intemperantiam atque incautum intempeſtivumque juventutis vivendi morem contingit, unde lympha & ſanguis acrimoniam concipit, quæ venas pulmonales erodendo corrumpendoque abſceſſum, ſive ulcus facit.

10. Quibus anginam effugientibus ad pulmonem vertitur, in ſeptem diebus moriuntur. Si verò hos effugerint, ſuppurati fiunt.

Si materia quæ cauſa anginæ, eſt jam anteà corrupta, in pulmones irruat, illosque inficiat, reſpiratione impeditâ, fieri poteſt, ut æger in hoc intervallo temporis è vita diſcedat: Si verò illa ſaburra tam pravæ indolis non ſit, nec decidendo tantas moras nectat, facilè ſuppurari poteſt.

11. A tabe vexatis, ſi ſputum, quod extuſſiunt prunis ſuperfuſum graviter oleat, & capilli de capite defluant, lethale.

Tabis morbus per ſe ſatis periculoſus eſt: Cùm ſignum fœtoris ſputi adeſt, ulcus ex quo prodit profundius jam in pulmonibus inſediſſe judicandum eſt: Procul dubio materia illa corrupta deſtituta ſpiritibus & vigore, quæ ſanguinem ejuſque lympham contaminans, capillorum glandulas penetrando, ſuoque ſale muriatico corrodendo, capillorum defluvium efficit, prognoſticum mortis proximum.

12. Qui-

12. Quibus tabe laborantibus capilli de capite defluunt, hi, alvi fluxu ſuperveniente, moriuntur.

Jam in ſuperiori Aphoriſmo cauſam defluvii capillorum indicavimus, cui ſi alvi fluxus ſuperveniat, vires extenuatas ſpirituum, partiumque vigoris defectum innuit; ferocitas materiæ inteſtinorum fibrillas irritans ſic fluxus nigros producit. Nigra autem dejicientes, præſagium mortis judicatur.

13. Qui ſanguinem ſpumoſum expuunt, his ex pulmone talis rejectio fit.

Spuma ſanguinis provenit ab inſpiratione & exſpiratione aëris atque viſcoſitate quadam ab eodem ſuborta, motuque & agitatione continua pulmonum, unde, ex pulmonibus eſſe, colligi poteſt: Hæc tamen

obſervatio ab autoribus pro certa non habetur, quorum ἐπίκρισιν conſulas, quæſo. Aliunde enim quoque contingere poteſt ſpumeſcentia.

---

14. A tabe detento alvi profluvium ſuperveniens, lethale.

Hic Aphoriſmus fermè convenit cum proximè præcedente 12. hujus Sectionis, ubi capillorum defluvium inſimul conjunctum erat: Nam in ſimilibus morbis, viribus diſſolutis atque dejectis, nihil aliud certè ſperandum, niſi mors.

---

15. Qui ex pleuritide ſuppurati fiunt, ſi intra quadraginta dies, ex quo ruptio fuerit facta, repurgentur ſupernè, liberantur, ſi verò minus, ad tabem tranſeunt.

Con-

Connexionem habet cum Aphoriſmo, hujus Sectionis. Nam ſi intra quatuordecim dies non repurgantur ſupernè ſuppurantur. Suppurati autem facti, ſi per intervalla intra quadraginta dies ſupernè non repurgantur, tabes ſuccedere ſolet; &, ſi hac non liberantur, parùm ſpei ſupereſt.

16. Calidum, eò frequenter utentibus, has affert noxas: carnis effœminationem, nervorum impotentiam, mentis torporem, ſanguinis eruptiones, animi deliquia: hæc, quibus mors.

Symptomata in hoc Aphoriſmo enarrata exceſſum calidi comitari ſolent: Nam ſi calidis nimis utamur, ſpiritus animales quaſi conſumuntur, â quorum defectu carnis effæminatio, nervorum impotentia, mentis torpor, ſanguinis acredo, & ab hac, ejuſdem eruptiones, animi deliquia, imò denique mors ipſa, proveniunt.

17. Fri-

17. Frigidum autem, convulſiones, tetanos, nigrores & rigores febriles.

Frigida enim obſtructiones corpori inferunt, unde ſpiritus animales concentrantur. Humores inſpiſſati & acres facti, tales effectus producunt: Frigida enim naturæ inimica.

18. Frigidum inimicum oſſibus, dentibus, nervis, cerebro, ſpinali medullæ: Calidum verò utile.

Cùm oſſa, dentes, nervi, & medulla ſpinalis à ſpiritibus foveri debeant, calidum utile, frigidum noxium; Nam hæc omnia fermè ex particulis craſſis conſtructa ſunt; quamobrem calorem ſuum â ſpiritibus accipere debent.

19. Quæ

19. Quæ perfrigerata ſunt, excalefacere oportet, præterquàm, quæ ſanguinem profundunt, aut ſunt profuſura.

A frigore oritur ſtagnatio, illam tollere non poſſumus, niſi calefacientibus, quæ poros obſtructos aperiunt: Cavendum tamen eſt à ſanguinem nimis diſſolventibus, ne hæmorrhagiæ concitentur.

20. Ulceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem non ſuppurantem facit, nigrores, rigores febriles, convulſiones & tetanos.

Frigidum omnibus ulceribus noxium, itaque infeſtum eſſe, Chirurgis ſatis notum eſt; unde etiam veritas ſymptomatum hujus Aphoriſmi clarè dilucidèque patet: Nam ſuppurationem impedit; unde dolor, nigror, rigor febrilis, convulſio & tetanus.

21. Eſt verò, ubi in tetano ſine ulcere, juveni benè carnoſo, æſtate media, frigidæ multæ affuſio, caloris revocationem facit. Calor autem hæc ſolvit.

In hoc Aphoriſmo exceptio habetur in juvene benè carnoſo, æſtate media ſine ulcere tetano correpto, in hoc, quia multis ſpiritibus animalibus abundare præſumitur, affuſio aquæ frigidæ humores cogendo, colligendoque obſtructiones inducit; unde poſteà veſtimenta tenuia pura ac calida ſuperinteCta, calorem naturalem revocando, efferveſcentiamque quandam excitando, hæc ſolvunt: Præſtat tamen hoc experimento ſuperſedere, ut, niſi voto reſpondeat, periculo careamus.

22. Calidum ſuppuratorium, non in omni ulcere, maximum ſignum ad ſecuritatem: Cutem emollit, attenuat, dolores ſedat, rigores, convulſiones,

nes, tetanos mitigat: Capitis verò gravitatem ſolvit: Plurimùm autem confert oſſium fracturis; maximè verò denudatis: Ex his quidem maximè, qui in capite ulcera habent: & quæ à frigore moriuntur, aut ulcerantur: Et herpetibus exedentibus, ſedi, pudendo, utero, veſicæ. His calidum quidem amicum & decretorium: Frigidum verò inimicum & occidens.

Cùm varia dentur ulcerum genera, quæ malignitate & acredine ſua, ut & ratione partium, in quibus accidunt, diſtincta ſunt, judicium certum hoc in paſſu ferre non poſſumus; An ſuppuratio procurata levamen allatura ſit: Verum eſt, quod omnia illa effecta in Aphoriſmo in medium prolata, mitigare poſſit; uti per experientiam habetur: Nam ſi benè ſuccedit ſuppuratio, omnes ejusmodi effectus ſequuntur: Nam gravitas mali his imminuitur; unde levamen ſentitur juxta tritum quod dicitur, calidum amicum eſſe ulceribus, frigidum verò inimicum: Itaque examen atque curam Chirurgis relinquimus.

---

23. In his autem frigido uti oportet, unde ſanguis erumpit, aut erupturus eſt: Non ſuper ipſa, ſed circa hæc, unde influit. Et quæcunque inflammationes, aut flammei ardores ad rubrum & ſanguineum colorem vergentes novo ſanguine, ſuper ipſos: Nam inveteratos nigrefacit: Eryſipelas non exulceratum (juvat:) quoniam exulceratum lædit.

Sæpiùs frigida circa partes, unde ſanguis effluit, hujus incraſſandi & humoris advenientis, ut & hæmorrhagiæ ſiſtendæ gratia applicantur, quod tamen non ſemper conſultum eſt: Inflammationes verò, & ardores ad ſanguineum & rubrum colorem tendentes, quia ſanguinem in ipſa parte remorantur, & ſpiritus interimunt, à novo adveniente ſanguine propter ſtagnationem nigreſiunt: Æryſipelati verò non exulcerato, noſtris temporibus non applicantur frigida, ſed illa, quæ lympham, quæ in eryſipelate afficitur, imbibunt, poroſque quodammodò obſtruendo mitigare poſſunt, ut paulatim evaneſcat.

neſcat. Eryſipelas verò ulceratum frigida reſpuit, uti per applicata conſtat.

---

24. Frigida velut nix, glacies, pectori inimica, tuſſes movent, ſanguinis eruptiones ac catarrhos inducunt.

Jam trita ſunt, quod frigida obſtructiones lympham quaſi coagulando, faciant, itaque inimica pectori, tuſſes movent: Ab acredine lymphæ ſtagnantis, & novo à tergo adveniente ſanguine, ſanguinis eruptiones fiunt, & à lympha ſtagnante catarrhi introducuntur.

---

25. Tumores autem in articulis, & dolores absque ulcere, & podagricos, & convulſiones, horum plurima frigida multa affuſa & levat, & attenuat, & dolorem ſolvit. Torpor enim modicus doloris ſolvendi vim habet.

Cùm cauſæ tumorum, articulorum & podagricorum, ut & convulſionum experientia non ſine ratione doctis ſatis cognitæ ſint; Notum enim eſt, illas à viſcoſitate obſtructionum, & acredine lymphæ oriri; affuſio aquæ frigidæ periculoſa erit: Nam per breve tempus ſtuporem inducere poteſt; poſteà verò malum magis exacerbatur: Cauſâ enim non ſublatâ, effectus minimè tollitur.

---

26. Aqua, quæ citò calefit, & citò refrigeratur, leviſſima.

Aqua pluvialis, eaque æſtate mediâ ob ſummum ſolis calorem & virtutem, qua pollet, æthercam, aliis præcipuè præfertur; Et quia ob globulos ſuos quadrangulares, calorem & frigus celerrimè admittit, pro leviſſima etiam habetur.

---

27. Quibus autem bibendi appetentiæ noctu, iis valdè ſitientibus, ſi obdormierint, bonum.

Sitis

Sitis defectus à ductibus & glandulis ſalivalibus ab Autoribus in ore detectis, humiditatem excernentibus, dependet, unde humectatio percipitur: E contrario ſi hæc vaſa excretoria viſcoſitas quædam cum acredine mixta obſtruit, ſecretionemque ſalivæ impedit, ſitis adeſt. Ab aliis etiam cauſis, ſcilicet à ſpirituoſis ſumtis & acribus qualitate ſuâ lympham exſiccantibus oriri poteſt: Bona, ſi acredo humorum per ſomnum imminuatur.

28. Suffitus aromatum muliebria ducit. Sæpiùs autem etiam ad alia utilis eſſet, niſi capitis gravitates induceret.

Neque ſemper eſt regula univerſalis, quod ſuffitus aromatum muliebria ducat: Sed idea horum concepta multùm alterationi ſanguinis tribuit; imò animi pathemata ad hæc concitanda, plurimùm conferunt: Ab his enim multa mirabilia proficiſci poſſunt. Aromata quidem ad multa utilia ſunt; Aſt quia ſalia eorum membranas cerebri pungentia, cumporis illarum non conveniunt, oppletiones capitis, ejusque gravitates inducunt.

 29. Præ-

29. Prægnantes purgandæ, ſi turgeat materia, quadrimeſtres, & usque ad ſeptimum menſem: Hæ verò minùs. Juniores autem, & ſeniores fœtus, cautè vitare oportet.

Convenit cum Aphorimſ. 1. Sect. IV. ubi explicationem dedimus: Juniores autem propter teneritatem, ſeniores propter inſuetum atque irregularem motum qui alterationem in fœtum inducere, quam abortus excipere poteſt.

30. Mulierem in utero gerentem ab acuto aliquo morbo corripi, lethale.

Nec hæc ſententia planè univerſalis eſt. Nam in ſymptomaticis & acutis morbis, qui mulieri in utero gerenti accidunt, medico ſecundùm conſtitutionem, figuram, & regimen diætæ judicandum eſt.

31. Mu-

31. Mulier in utero gerens, ſectâ venâ abortit: Et magis, ſi major fuerit fœtus.

Jam anteà dictum eſt ab ipſo Hippocrate, prægnantes quadrimeſtres & usque ad ſeptimum menſem, ſi turgeat materia, purgandas eſſe: Itaque minori cum periculo inter ſtatutos iſtos menſes practicis venam ſecare haud ſine ſucceſſu uſitatum eſt: Sed ſi grandior fuerit fœtus, abſtinendum, niſi ſumma urgeat neceſſitas: Nam ſpiritus & vires in prægnantibus conſervandi ſunt.

32. Mulieri ſanguinem evomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio fit.

Evacuatio unius eſt depauperatio alterius.

33. Mulieri, menſtruis deficientibus è naribus ſanguinem fluere, bonum.

Quod per menſes, fluere deberet, repentè jam per nares excernitur: Evacuatio illa bona eſt: Nam copia ſanguinis diminuitur.

34. Mulieri in utero gerenti, ſi alvus multùm fluxerit, periculum ne abortiat.

Certum eſt, quod nimiâ alvi dejectione vires exſolvantur, nec non ſanguis & lympha acres fiant: Quin imò motus & agitatio, quæ in fluxionibus alvi obſervatur, multum omninò ad periculum abortus contribuunt.

35. Mulieri ab uterina paſſione vexatæ, aut difficulter parienti, ſternutatio ſuperveniens, bonum.

Per ſternutationem totum corpus movetur & concutitur, unde difficulter parienti optimè conducere poteſt; Mulieri verò ab uterina paſ-

paſſione vexatæ ſternutatio viſcoſitatem vel humorem tanquam cauſam efficientem removere poteſt.

36. Mulieri menſes decolores, neque ſecundùm eadem (tempus & modum) ſemper prodeuntes, purgatione opus eſſe ſignificant.

Ubi copia diverſorum humorum adeſt, quorum diverſitatem varietas colorum nobis repræſentat, medicus judicare debet, an purgatio conveniat?

37. Mulieri in utero gerenti, ſi mammæ ex improviſo graciles fiant, abortit.

Inopia chyli mammæ per conſenſum gracileſcunt, idque cauſa abortionis: Aliæ cauſæ, quas autores deſcribunt, in conſultationem vocari poſſunt.

38. Mulieri in utero gerenti, ſi altera mamma gracilis fiat, gemellos geſtanti, alterutrum abortit. Et ſi quidem dextra gracilis fiat, marem: Si verò ſiniſtra, fœminam.

Gracileſcentia mammæ pro ſigno abortus ut plurimum habetur, ſi itaque alterutra harum gracilis fit, tunc eſt ſignum geſtationis gemellorum, Nunc verò dextrum latus validius, majorique alimento & affluxu ſpirituum opus habens, maribus; ſiniſtrum verò vice verſa fœminis aſſignatur: Quia itaque mas validior atque agilior amplius ſpatium requirens, dextrum latus uteri; fœmina verò debilior & imbecillior, ſiniſtrum occupare præſumitur: Mammæ autem easdem ob cauſas magnam connexionem cum utero habent: Dextra mamma gracileſcente, propter defectum majorem alimenti, pro ſigno abortivo maris, ſiniſtra verò gracileſcente, pro eodem ſigno fœminæ reputatur.

39. Si mulier, quæ nec prægnans eſt, nec peperit, lac habeat, ei menſtrua defecerunt.

Si mammæ turgent præ lacte, ejus copia, propter conſenſum, quem cum utero habent, menſtrua deficiunt: Nam copia unius eſt privatio alterius.

40. Mulieribus quibus in mammas ſanguis convertitur, inſaniam ſignificat.

Cùm ſit contra conſuetudinem, ut in mammis loco lactis ſanguis generetur, hic verò ebulliens, & acrimoniam contrahens ſanguinem cerebri inficiat, mania vel inſania facilè oriri poteſt.

41. Mulierem ſi velis cognoſcere, an prægnans ſit, ubi dormitura eſt, (incœnatæ) aquam mulſam bibendam dato. Et ſi quidem tormen habeat circa ventrem, prægnans eſt: Si verò minus, prægnans non eſt.

Non opus eſt, ut experimentum faciamus cum aqua mulſa pro indaganda conceptione: Pro certo enim ſigno hujus haberi non poteſt: Dantur multa alia ſymptomata & ſigna manifeſtiora; nimirum dolor capitis, muſculorum circa renes, nauſea, vomitus, appetitus rarus, mammarum intumeſcentia; quæ de gravitate mulieris teſtantur.

42. Mulier prægnans, ſi quidem marem geſtat, benè colorata eſt: Si verò fœminam, malè colorata.

Indicia hujus Aphoriſmi iterum fallacia ſunt: Fieri enim poteſt ut mùlier prægnans â majori motu, compreſſione humorum & ſpirituum, & detento ſanguine in venis capillaribus

laribus malarum coloratior ſit: E contrario verò ob minorem actionem & abundantiam humoris frigidioris, nec non anguſtiam earundem venarum docolor exiſtat.

---

43. Si mulieri prægnanti eryſipelas in utero fiat, lethale.

Satis periculi ſubeſt, ſi mulieri prægnanti eryſipelas ſuperveniat, cujus cauſas & ſymptomata autores deſcribunt, quos conſulere non diſpliceat.

---

44. Quæ præter naturam tenues exiſtentes in utero gerunt, abortiunt priusquam craſſeſcant.

Cùm mulieres ita extenuatas in tali inopiæ alimenti gradu conſtitutas accuratè depingere haud valeamus: Præterea quoque procul dubio tempus requiritur, donec craſſeſcant: Deficiente & his, & fœtui ſufficienti alimento, mirum non eſt, quod abortiant.

---

45. Quæ

45. Quæ verò mediocriter corpus habentes abortiunt, bimeſtres & trimeſtres ſine cauſa manifeſta, his uteri acetabula muco plena ſunt, & non poſſunt continere præ gravitate, ſed abrumpunt.

Habitus corporis bimeſtrium & trimeſtrium, ſine cauſa abortientium, hìc ante oculos ponitur: Hujus effectus licèt qoamplurimæ & diverſæ poſſint eſſe cauſæ; Hippocrates tamen acetabulornm obſtructionem, eorumque muci & cruditatis repletionem, ſublatis aliis, præcipuam intelligendam cupit.

46. Quæ præter naturam craſſæ exiſtentes non concipiunt in utero, his omentum os uteri comprimit, & priusquàm attenuentur, prægnantes non fiunt.

Multæ

Multæ ſunt cauſæ conceptionem impedientes: Unam noſter Hippocrates hìc adſtruit; nimirum, ſi omentum præ pinguedine os uteri comprimit, quo impedimento non remoto, mulieres imprægnari haud facilè poſſunt.

47. Si uterus coxæ incumbens ſuppuratus fuerit, neceſſe eſt, medicamenta in linteo carpto applicari.

Hæc cùm partium noſtrarum non ſint, Chirurgis meritò committimus.

48. Fœtus, mares quidem in dextris; fœminæ verò in ſiniſtris magis.

Evidentia hujus Aphoriſmi, quantùm pro noſtro intellectus modulo fieri potuit, explicata eſt Aphoriſm. 38. hujus Sect.

49. Ut ſecnndæ excidant, ſternutatorio indito, nares & os apprehendere oportet.

Conſilium hujus Aphoriſmi in ſecundinis expellendis benè convenit: Commotione enim opus eſt; hanc verò ſternutatorium conciliare poteſt.

50. Mulieri menſtrua ſi velis cohibere, cucurbitam quàm maximam ad mammas appone.

Propter conſenſum venarum, quas Anatomici appellant mammarias, cum uterinis, cucurbitulà maximâ applicatâ, facilè fieri poteſt cohibitio: Sed conſultiùs eſt, copiam ſanguinis per venæ ſectionem imminuere.

51. Quæ verò in utero gerunt, harum os uteri clauſum eſt.

In prægnantibus uterus diſtenditur, unde muſculi ſuperiores elongantur, inferiores verò conſtringuntur; ut mucro ad baſin tendit; inde clauditur uterus.

52. Mulieri in utero gerenti, ſi multum ſanguinis ex mammis fluxerit, infirmum fœtum ſignificat. Si verò ſolidæ fuerint mammæ, ſaniorem fœtum ſignificat.

Jam ſæpiùs dictum eſt, quod copia unius ſit privatio alterius: Si ergò multum lactis ex mammis effluit, fœtus alimento privatur; quamobrem infirmus: E contrario verò ſequitur, iisdem firmis atque ſolidis exiſtentibus, ſaniorem fœtum ſignificari.

Quæ

53. Quæ perdituræ ſunt fœtus, his mammæ graciles fiunt. Si verò rurſus duræ fiant, dolor erit, aut in mammis, aut in coxis, aut in oculis, aut in genibus, & non perdunt.

Anteà Aphoriſm. 38. jam pro ſigno abortus allegatum fuit, ſi mammæ graciles fiant; Si verò iterum duræ fiunt, dolor in diverſis, ab humore anteà relicto, corporis partibus, percipitur, quod novum advenientem humorem, cum illarum poris non quadrare, ſed vim fibrillis fieri, indicat, â quarum diſtenſione dolor oritur. Unde rurſus alimento ſuppetente ſoliditas obtinet, & fortè non erit periculum abortionis.

54. Quibus os uteri durum eſt, his neceſſè eſt, os uteri clauſum eſſe.

Ab

Ab aliquo accidenti vel obſtructione in his partibus, muſculi & fibræ contrahi & conſtringi, osque uteri durum fieri, nec non claudi poteſt.

55. Quæcunque in utero gerentes à febribus corripiuntur & vehementer attenuantur absque manifeſta occaſione, difficulter & periculoſè pariunt, aut abortientes periclitantur.

Hæc omnia ſymptomata prægnantibus absque manifeſta cauſa contingentia, mali præſagii; Et cùm labricitas maximè neceeſſaria ſit puerperis, exſiccatæ à febribus difficulter & periculoſè pariunt, & conſequenter abortu periclitantur.

56. Si fluxui muliebri, convulſio & animi deliquium ſuperveniat, malum.

Per fluxum enim multi ſpiritus deperduntur, acresque facti convulſio, & animi deliquium ſupervenire poteſt.

57. Menſibus copioſoribus prodeuntibus, morbi contingunt: Et non prodeuntibus, ab utero fiunt morbi.

Si menſes nimiùm profluunt, multum damni inde corpori ſuboriri poteſt: Nam viribus dejectis ſanguis fit aquoſus, unde hydrops aliique ſimiles morbi; ſicut practicis conſtat: Et ſi non fluunt, cauſæ obſtructionum erunt.

58. Rectò inteſtino inflammato, & utero inflammato, & renibus ſuppuratis, urinæ ſtillicidium ſupervenit. Hepati autem inflammato ſingultus ſupervenit.

His

Hís affectibus memoratis, interdum, ſtimulante nimirum acredine, urinæ nimis veſicam ejusque muſculos, ſtillicidium lotii ſupervenire poteſt: Hepar verò inflammatum diaphragmati acredinem ſuam communicare atque ſingultum excitare poteſt.

59. Mulier ſi in ventre non concipiat, velis autem ſcire an conceptura ſit, veſtibus circumtectam ſubter ſuffito. Et ſi quidem procedere tibi videatur odor per corpus ad nares & ad os ſcito, hanc non propter ſe ipſam infœcundam eſſe.

Quippe corpus perſpirabile & benè conſtitutum eſt, indicium, quod mulier ſuâ culpâ & ſuo ipſius vitio ſterilis non ſit.

60. Si mulieri in utero gerenti purgationes prodeant, fœtum ſanum eſſe impoſſible.

Per purgationes fœtus ſuo genio defraudatur, atque neceſſarium alimentum ipſi ſubtrahitur.

61. Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore neque febre ſuperveniente; cibi autem faſtidia ipſi accidant, hanc in utero gerere, putato.

Mulierem horrore nec non febre immunem, menſibus deficientibus, cibum faſtidientem gravidam eſſe ſignificatur. A copia enim ſanguinis non effluente, cibi faſtidium profiſcitur, quod pro ſigno geſtationis habetur.

62. Quæ

62. Quæ frigidos ac denſos uteros habent, non concipiunt. Et quæ præhumidos habent uteros, non concipiunt: Extinguitur enim ipſis genitura. Et quæ ſiccos magis & adurentes: alimenti enim inopia ſemen corrumpitur. Quæ verò ex utriſque temperamentum habent moderatum, hæ ipſæ proliferæ fiunt.

Quibus ſanguis acris ſalinus & malè temperatus, infœcundæ: Quæ verò bono chylo & ſanguine benè temperato gaudent, fœcundiſſimæ.

63. Similiter autem etiam in maſculis: Aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, ut ſemen non dimittat. Aut propter denſitatem humidum non pervadit foras. Aut pro-

propter frigiditatem non incaleſcit, ut ad hunc locum congregetur. Aut propter caliditatem hoc idem contingit.

Cum præcedentis Aphoriſmi rationibus, & huic ſatisfacere audemus.

---

64. Lac dare capite dolentibus, malum. Malum verò etiam febricitantibus, & quibus hypochondria elevata ſunt murmurantia, & ſiticuloſis. Malum autem & quibus dejectiones bilioſæ, & qui in acutis ſunt febribus: Et quibus copioſi ſanguinis facta eſt egeſtio. Convenit verò tabidis non admodùm valdè febricitantibus (lac) dare, & in febribus longis, & languidis nullo ex ſupradictis ſignis præſente: Et præter rationem quidem extenuatis.

Lac

Lac nempe corrobat acidum, ob quam cauſam capite dolentibus, febricitantibus, quibus flatibus hypochondria elevantur, ut & ſiticuloſis non convenit. Veruntamen, non admodùm febricitantibus, in febribus longis & languidis, ubi judicium alterius cauſæ judicatur, vel ubi ſal abundat, proficuum cenſetur.

65. Quibus tumores in ulceribus apparent, non valdè convelluntur, neque inſaniunt. His autem derepentè disparentibus, quibus in poſtica quidem parte fuerint, convulſiones, tetani: Quibus verò in antica, inſaniæ, aut lateris dolores acuti, aut ſuppuratio aut dyſenteria, ſi rubicundi fuerint tumores.

Quoties malum ſe exſerit, nihil adeò timendum: Aſt quandò retrocèdit, propter acredinem & malignitatem dira ſymptomata metuenda ſunt.

66. Si magnis & pravis exiſtentibus vulneribus, tumores non appareant, ingens malum.

Eandem cauſam hìc allegare poſſumus: Malum enim non expellitur.

67. Laxi tumores boni, crudi verò mali.

Nam in laxis humores mobiliores & tenuiores; in crudis verò, craſſiores, viſcidiores & immobiliores.

68. Poſtica capitis parte dolenti, recta in fronte vena ſecta juvat.

Propter

Propter circulationem ſanguinis jam meliùs cognitam, & periculum extimeſcendum, obſoletus ille mos, ſecandi venam in fronte, fermè penitùs in deſuetudinem abiit.

69. Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorſum ad caput. Viris autem poſtica magis parte, quàm antica corporis, velut ex cubitis ac femoribus: ſed & cutis viris rara eſt. Hoc quidem pilus indicat.

Mulieres magis conqueruntur de doloribus rigidis lumborum, & per dorſum ad caput tendentibus, quia naturâ ſunt frigidiores: Attamen hæc regula etiam ſuam patitur exceptionem, indifferens eſt, & tam ſtrictè non obſervatur: Præterea quoque magis exterioribus partibus, quàm interioribus ut cubitis & femoribus, magis poſterioribus quàm anterioribus afficiuntur; quia illæ magis nervoſæ ſunt; hæ verò arterioſæ, venoſæ & muſculoſæ: Hinc ob ſtructuram

denſiorem cutis, & defectum glandularum pilus non naſcitur.

---

70. A quartanis correpti, à convulſione non admodùm corripiuntur. Si verò priùs corripiantur, & poſteà quartana ſupervenerit, liberantur.

Qui quartanis laborant, propter humorem craſſum & viſcoſum in illis obtinentem, non facilè convulſione tentantur : Si verò quartana ſupervenerit, ob reſolutionem hujus liberantur.

---

71. Quibus cutis obtenditur arida ac dura, ſine ſudore moriuntur : Quibus verò laxa & rara, cum ſudore moriuntur.

Quia

Quia reverà, quibus pori cutis obſtructi ſunt, non facilè ſudant: Qui verò contrà tenuem & laxam habent cutim, iis ſudor celerrimè prorumpit.

72. Icterici non admodùm flatulenti ſunt.

Ictericorum flava bilis; quia propter obſtructionem hepatis & veſicæ felleæ, per totam corporis peripheriam diffuſa eſt, rarò parit flatus.

SEC-

SECTIO SEXTA.

1. In diuturnis inteſtinorum levitatibus, ructus acidus ſuperveniens, qui priùs non fuit, bonum.

Si ructus acidi eduntur, ſignum eſt, quod flatus, qui anteà quaſi intercepti erant, â compedibus ſuis liberantur, quod ſignum bonum eſt.

2. Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, imperfectiùs ſani ſunt: Quibus verò contraria, perfectiùs.

Humiditas per ſe non peccat, niſi â frigore impedita fuerit. & ſi in genitura excedit, ſemen tenuius generatur: Quæ omnia ſecundum gradum perfectiora vel imperfectiora fiunt.

3. In

3. In longis dyſenteriis appetitus proſtratus, malum, & cum febre, pejus.

Liquore gaſtrico per dyſenteriam dejecto, appetitus proſternitur, cum febre pejus; quia inteſtinis inflammatione, aut abſceſſu, aut ulcere affectis, mixtura ſanguinis inſuper adhuc turbatur.

4. Ulcera circum glabra, maligna.

Ab humore acri corroſivo prævalente, bonoque chylo & ſanguine deficiente, ulcera circum glabra apparent, eumque in modum ſuam malignitatem produnt.

5. Dolores in lateribus, & in pectoribus, & in aliis (partibus,) ſi multùm differant, conſiderandum.

Mul-

Multum redit ad differentiam dolorum in unaquaque parte corporis affecta; Hæc enim & differentiam mali, vel majoris, vel minoris indicat.

6. Renum & veſicæ dolores difficulter ſanantur in ſenibus.

Ob majorem cutis condenſationem atque conſtrictionem, urinæ & humorum, quibus partes perpetuò irrigantur, acrimoniam, viarum anguſtiam, ut & virium & vigoris defectum ejusmodi paſſiones difficulter curantur.

7. Dolores, qui in ventre fiunt, elevati quidem, leviores: Non elevati verò vehementiores.

Quoad locum, quem dolores occupant, & partes, quas afficiunt principales, vel minùs principales, ut & cauſas efficientes, majores vel minores ſentiuntur.

8. Hy-

8. Hydropicis ulcera in corpore orta non facilè ſanantur.

Cùm in hydropicis ſpiritus principium motus, à quibus calor partes fovens ſuſcitatur, deficiant, ſanguis præterea aquoſus ſit, ulcera eorum non facilè ſanantur.

9. Efflreſcentiæ latæ, non admodùm pruriginoſæ.

Cùm efflreſcentiæ latæ majorem tranſpirationis locum habeant, quàm acutæ & anguſtæ, quin imò minus materiæ ſalinæ etiam in ſe contineant; ideò non ſunt adeò pruriginoſæ.

10. Caput laboranti, & circumcirca dolenti, pus, aut aqua, aut ſanguis efflu-

effluens per nares, aut per os, aut per aures, ſolvit morbum.

Jam ſæpiùs dictum eſt, diminutio unius, eſt privatio alterius.

---

11. Melancholis & nephriticis hæmorrhoides ſupervenientes, bonum.

Per hæmorrhoides multus humor craſſus viſcidus & minùs ſpirituoſus anteà decumbens & ſpiritum moleſtia atque triſtitia afficiens, vel etiam nimius excernitur, ſpiritus autem lætitiæ iterùm emergit: Quamobrem eadem, quæ in præcedenti allata fuit, obtinet ratio.

---

12. Hæmorrhoides curanti diuturnas, niſi una ſervata fuerit, periculum eſt, ne hydrops superveniat, aut tabes.

An

An commodè ſervari poſſit unà hæmorrhoidum, ita, ut non curetur, factu difficilè judicatur, cavendum tamen, ne conſuetudo penitùs aboleatur, nec ſanguinis melancholici in corpore retenti, craſſitie & viſcoſitate obſtructiones fiant, quæ hydropem vel tabem periculoſam producant.

13. A ſingultu detento, ſternutationes ſupervenientes, ſolvunt ſingultum.

Sternutationes enim movent materiam detentam, ſingultus cauſam qua, motu ſublata, ſingultus ipſe ſolvatur, neceſſe eſt.

14. Ab hydrope detento, ſi aqua ſecundùm venas in alvum fluxerit, ſolutio fit.

Sæpius accidit, ut aquarum hydropicarum reconfluxu in ventrem, earundem, per eundem, vel veſicam exoneratione, hydropis ſolutio fiat.

15. A diuturno alvi profluvio detento ſpontè ſuperveniens vomitus, alvi profluvium ſolvit.

Si nimirùm noxius humor ſpontè per vomitum ejicitur: Nam evacuatio unius, eſt detentio alterius.

16. A pleuritide, aut â peripneumonia detento, alvi profluvium ſuperveniens, malum.

Si ſupervenerit alvi profluvium, malum omninò; Quia vigor & vires ægri prorſus proſternuntur, judicatur.

17. Ophthalmiâ laborantem ab alvi profluvio corripi, bonum.

Malum, quod inflammationem oculorum efficiebat, per diarrhœam diminuitur, unde bonum.

18. Cui perfecta eſt veſica aut cerebrum, aut cor, aut ſeptum transverſum, aut aliquod ex inteſtinis tenuibus, aut ventriculus, aut hepar, lethale.

Partes corporis, in hoc Aphoriſmo nominatæ, nobiles, muſculoſæ, & nervoſæ ſunt, nec facilè coaleſcere ſolent, quamvis in lithotomia inciſio veſicæ, pueris ut plurimum conſolidari, conſtet.

19. Ubi diſſectum fuerit os, aut cartilago, aut nervus, aut genæ pars tenuis, aut præputium, neque augetur, neque coaleſcit.

Si in hoc Aphoriſmo contentæ partes diſſectæ ſint; quia non ſunt carnoſæ, ideò quoque neque augeri, neque conſolidari poſſunt: Oſſa verò interventu pori, ceu glutinis cujuſdam conglutinari, experimur.

20. Si in ventrem ſanguis effuſus fuerit præter naturam, neceſſe eſt ſuppurari.

Om-

Omnis ſanguis, præter naturam in quandam corporis cavitatem extravaſatus, ſuppurari poteſt.

21. Inſanientibus ſi varices, aut hæmorrhoides ſupervenerint, inſaniæ ſolutio fit.

Alterum malum ſæpius videmus expellere alterum.

22. Quæ ruptiones ex dorſo ad cubitos deſcendunt, venæ ſectio ſolvit.

Cùm in omnibus ruptionibus diſtenſio partis exiſtat, hinc dolores ex dorſo ad cubitum deſcendentes, venæ ſectio ſolvere poteſt: A plethora enim proficiſci videntur.

23. Si metus & triſtitia multo tempore perſeverent, melancholicum hoc ipſum.

Jam ſæpiùs annotavimus, & recenſuimus, metum & triſtitiam ordinariò à defectu ſpirituum animalium, in ſanguine, balſamo quaſi humorum, exiſtentium, oriri; uti etiam in mulieribus, tenuiore ſpiritu pollentibus, cognoſcimus: Unde etiam humor melancholicus derivatur.

24. Si ex inteſtinis tenuibus aliquod diſſectum fuerit, non coaleſcit.

Jam Aphoriſmo 18. huj. Sect: adducta fuit ratio: Quando inteſtina tenuia diſſecta ſint.

25. Ery-

25. Eryſipelas foris quidem intrò verti non bonum: Intùs verò foràs, bonum.

Cùm retrò pellitur malum, ab humore acri ſalino ſanguis ejusque ſpiritus contaminantur: Sin autem illud heterogeneum foràs vertitur, utrumque â ſibi noxio liberatur.

26. Quibus in febre ardente tremores fiunt, delirium ſolvit.

Acri humore viſcoſo nervos obſidente, â motu tremulo eosdem concutiente, in flatus inſimul reſoluto, œconomia ſpirituum animalium in cerebro turbatur, atque delirium, tremores ſolvens, ſuboritur: Gravius enim malum tollit levius.

27. Qui ſuppurati, aut hydropici uruntur, aut ſecantur, hi pure aut aquâ acervatim effluente, omninò moriuntur.

A pure, aut aqua acervatim effluenti, multi ſpiritus deperduntur, pus in abſceſſu retentum, venas & arterias erodit, Aqua in hydrope æqualiter acris fit: Unde ſi remedia minùs prudenter & feliciter adhibeantur; quia reliqui ſpiritus prætereà perduntur; mors omninò ſequi debet.

28. Eunuchi non laborant podagrâ, neque calvi fiunt.

Sperma enim, balſamum quaſi ſanguinis, in ſe conſervant, quod reverà ſanguinem temperat: Ideo acredo, neque fibras muſculorum vellicat, neque glandulas pilorum erodit: E contrà veneri nimis deditis, ob oleoſitatis hujus ſpirituum perditionem, indeque humorum acrimoniam contractam, utrumque, & podagra, & calvities accidit.

29. Mu-

29. Mulier non laborat podagra, niſi menſes ipſi defecerint.

Mulier non ita obnoxia eſt podagræ; præprimis quamdiu ſuppreſſione menſium non laborat: Per hos enim ſanguis depuratur.

30. Puer non laborat podagra, ante veneris uſum.

Multos pueros morbo hæreditario laborare, experientiâ docemur: Ordinariè tamen haud fit; niſi imbecilliores coëant; Quia optimum alimentum nervis ſubtrahitur, & loco hujus multis crudis humoribus replentur, qui ad articulos delati, morbos arthriticos, atque podagram, generare ſolent.

31. Oculorum dolores meri potus, aut balneum, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut purgatio ſolvit.

Si corpus cacochymicum eſt; purgandum: Si phletoricum, venæ ſectio inſtituenda: Sic alia quoque remedia adhiberi poſſunt.

32. Balbi ab alvi profluvio maximè corripiuntur longo.

Balbuties â multis cauſis provenire poteſt: Si reverà balbi copia humoris humidi & mollioris abundant; quamobrem ob temperamentum cerebri, linguæ & alvi commune, ut & membranam linguæ, œſophagi ventriculi, & inteſtinorum communem, ab alvi profluvio facilè corripi poſſunt.

33. Acidum ructantes non admodùm pleuritici fiunt.

Jam

Jam dictum eſt, quod pleuritis ab humore craſſo, viſcoſo, atque ſalino; vel à ſanguine extravaſato vel detento, originem ſuam ducat. Fieri poteſt, ut, qui acidum volatile ructant, non admodùm pleuritici fiant; ſed pro certo conſtituere non valemus.

34. Qui calvi ſunt, his varices magni non fiunt. Quibus verò dum ſunt calvi ſuperveniunt varices, hi rurſus capillati fiunt.

Ubi radices capillorum corruptæ & exeſæ, pili renaſci nequeunt: Quod ſi verò calvities à vitio humorum facta ſit, capillus regenerari poteſt. Hinc humore melancholico obtinente, calvi facti, varices admodùm magnos non experiuntur; calvi autem, quibus varices ſuperveniunt; ob humorem ad illos tranſpoſitum, capillati iterum fieri poſſunt.

35. Hy

35. Hydropicis tuſſis ſuperveniens, malum.

Si hydropicis tuſſis ſupervenit, indicium eſt, quod lympha acris & acerba facta ſit, quod pro malo utique habendum.

36. Urinæ difficultatem venæ ſectio ſolvit: Secanda verò interna.

Si difficultas mejendi, vel ob inflammationem veſicæ, vel ob acredinem urinæ accidat, venæ ſectio prodeſſe poteſt.

37. Ab angina detento tumorem in collo, bonum: Foràs enim morbus vertitur.

Omne

Omne malum, quod foràs vertitur, partibus interioribus levamen affert; ulterior enim humoris vitioſi interni acceſſus diminuitio.

38. Quibus occulti cancri fiunt, eos non curare melius eſt. Curati enim citò pereunt. Non curati verò longius tempus perdurant.

Cancer ulcus omnium maximè malignum eſt; oritur enim â ſale acri corroſivo ſtagnante atque corrupto, ordinariò exulceratur: Non ulceratus; quia occultus, multo malignior exiſtit: In cura, niſi omnes radices funditùs extirpaveris, nec ferro, nec igne, aliquid efficies: Quamobrem etiam ut plurimum pro inſanabili habetur: In plerisque partibus corporis, tam externis, quàm internis; imò etiam in palato, & lingua offenditur.

39. Con-

---

39. Convulſio fit, aut â repletione, aut evacuatione: Sic quidem etiam ſingultus.

A copia ſpirituum, vel repletione, vel eorum inopia, ſive inanitione convulſio producitur; ex quibus cauſis ſpiritus acres fiunt: Singultus verò motus convulſionis.

---

40. Quibus ad hypochondrium dolores fiunt absque inflammatione, his febris ſuperveniens ſolvit dolorem.

Febris ſuperveniens, dolores, â craſſis humoribus & flatibus exinde ſubortis, absque inflammatione ad hypochondra excitatos, plerunque ſolvit.

---

41. Qui-

41. Quibus ſuppuratum quid in corpore exiſtens, nullum ſui ſignum prodit, his propter craſſitudinem puris aut loci, ſui ſignum non exhibet.

Sæpius accidit, ut pus in interioribus corporis partibus collectum ſignum ſui non prodat, aut ob craſſitudinem ſuam, vel cutis, præſentiam ſuam occultet.

42. In ictericis hepar durum fieri, malum.

Si â ſcyrrho, vel inflammatione, hepar in morbo regio indureſcat, ob partis nobilitatem & neceſſitatem malum.

43. Qui

43. Qui lienoſi â dyſenteria corripiuntur, his longa ſuperveniente dyſenteria, hydrops ſupervenit, aut inteſtinorum lævitas, & pereunt.

Spleneticis, à dyſenteria diutiùs perſeverante correptis hydrops aut lienteria, ob inteſtinorum imbecillitatem, malam vel nullam chyli elaborationem, virium & ſpirituum omnimodam exolutionem, lethalis.

44. Quibus ex urinæ ſtillicidio volvulus ſupervenit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperveniente, urina abundè fluxerit.

Si morbus iliacus ex ſtranguria ſuboritur; quia morbus acutiſſimus; ob dolores vehementiſſimos; niſi febre ſuperveniente, urina ſuppreſſa copioſè profluxerit, æger intrà ſeptem dies moritur.

45. Ul-

45. Ulcera quæcunque annua fiunt, aut longius tempus occupant, neceſſe eſt os abſcedere, & cicatrices cavas fieri.

Hæc iterum Chirurgum concernunt; quamobrem etiam illis committimus: Nam perioſtio, membranis, fibris & ligamentis, â malignitate ulceris corruptis, omninò neceſſè eſt, os abſcedere, & cicatrices cavas fieri.

46. Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt ante pubertatem, pereunt.

Gibboſi ex aſthmate, vel tuſſi ante pubertatem facti; quia gibboſitas nutrimentum thoracis impedit, quo minus, ejus partes ſufficienter ampliari, debitamque magnitudinem atque figuram conſequi poſſint, plerunque perire ſolent.

47. Quibus venæ ſectio, aut purgatio conducit, his vere convenit venam ſecare, aut purgationem facere.

Conſuetudo eſt altera quaſi natura, & tunc hæc quoque conveniunt.

48. Lienoſis dyſenteria ſuperveniens, bonum.

Evacuatio enim humoris melancholici ſpleneticis ſalutaris eſt, ni modò dyſenteria diuturnior ſit, uti Aphoriſm. 43. hujus Sect. dictum eſt, ex quo defluxu morbus elevatur.

49. Qui podagrici morbi fiunt, hi ſedata inflammatione in quadraginta diebus decedunt.

Pr

Pro diverſitate materiæ vel tenuioris & ſubtilioris, vel craſſioris & tenacioris, ſedata inflammatione, viribusque ſuppetentibus, aut citiùs, aut tardiùs affectus podagrici deſinere poſſunt.

50. Quibus perſciſſum fuerit cerebrum, his neceſſè eſt febrem, & bilis vomitum ſupervenire.

Propter conſenſum cerebri & ventriculi ab extravaſato ſanguine putredine concepta, febris cum vomitu in vulneribus cerebri plerunque ſuboriri ſolet.

51. Quibus ſanis dolores derepentè fiunt in capite, & ſtatìm muti fiunt, ac ſtertunt in ſeptem diebus pereunt; niſi febris apprehenderit.

Simile quid expoſitum fuit Aphoriſm. 5. Sect. V. Humor enim acidus, acris, viſcoſitate imbutus, vel ſpiritus flatulentus & vaporoſus, diſtendendo dolores repentinos capitis ſuſcitat, nervosque & muſculos opplendo, obſtruendo atque opprimendo, uſum linguæ, atque ſenſus tollit: Ac proinde obmuteſcentiam atque ſtertorem invehit: Quare, niſi tales ægros febris corripiat, quæ motibus ſuis ejusmodi ſomnum profundum excutiat, & materiam peccantem diſcutiat, intra ſeptiduum vitam cum morte commutant.

52. Conſiderare verò etiam oportet oculorum ſubtùs apparentia in ſomnis. Si enim albi quid, palpebris commiſſis, ſubtùs appareat, cui id non ex alvi profluvio eſt, aut ex potione purgante, pravum ſignum, & valdè lethale.

Al-

Albi quippiam palpebris commiſſis ſubtùs in ſomnis apparens; niſi ab alvi profluvio, aut forti purganti aut vigiliis ſit; quia maximæ imbecillitatis, defectusque ſpirituum animalium indicium eſt; ideò quoque præcipuè in morbis acutis, pro ſigno admodùm pravo atque fatali habetur.

53. Deliria, cum riſu quidem accidentia ſecuriora, cum ſtudio verò, periculoſiora.

A ſpirituum craſſitie, paucitate ut & inæquali influxu, vel etiam ſerie idearum cogitationum noſtrarum turbata, animam modificationibus ſuis, modo riſus movendo, modo aliter determinando afficiunt, deliria ortum trahere ſolent: Quamobrem ea, quæ cum riſu fiunt, materiam blandiorem atque benigniorem indicant; itaque minus periculi involvunt: Quæ verò cum ſtudio, ſollicitudine atque labore contingunt; quia ſpiritus valdè conficiunt,

 nec

nec non cerebrum ipſum afficiunt, majoris periculi ſolent eſſe præſagia.

---

54. In acutis affectionibus, quæ cum febre ſunt, luctuoſæ reſpirationes, malæ.

Sit horax â febre ita afficiatur, ut inſpiratio & exſpiratio non bene procedat, ſignum eſt, quod aliqua materia pectus occupet, qua liberior ingreſſus aëris impeditur, nec non reſpiratio offenditur, quod omninò malum eſt.

---

55. Podagrici morbi vere & autumno moventur plurimùm.

Vere ordinariò excitatur morbus podagrigus; Mutatione enim aëris temporisque, materiæ, in articulis compactæ, fit reſolutio, humores, ob aërem calidiorem, per poros corporis accedentem moti, ad articulos confluunt, dirasque ſuas, in iis, exercent manes: Autumno autem, ob collectionem ejusdem materiæ craſſæ

craſſæ, quæ ob inæqualitatem caloris & frigoris corrumpitur, & motu aëris vario variè agitata, modò hùc, modò illùc appellitur, ac tandem in ejusmodi morbos determinatur, idem quoque accidit.

---

56. Morbis melancholis ad hæc periculoſi ſunt humorum decubitus, aut corporis ſiderationem, aut convulſionem, aut inſaniam, aut cæcitatem ſignificant.

Humore melancholico in corpore humano regnante, â ſua indole & figura degenerante, formamque craſſam vel acrem in hac vel illa corporis parte induendo, decumbente, ejusmodi vehementia ſymptomata, in hoc Aphoriſmo expoſita, utique contingere poſſunt.

---

57. Apoplectici autem fiunt maximè, ætate ab anno quadrageſimo usque ad ſexageſimum.

A quibus cauſis genera apoplexiæ oriantur, ſæpius dictum fuit; in his verò annis, ob declinationem ætatis, homines iisdem maximè ſunt obnoxii.

58. Si omentum exciderit, neceſſè eſt putrefieri.

Hæc denuò operationem chirurgicam reſpiciunt; Si omentum exciderit; quamobrem eò etiam ablegamus.

59. Quibus â diuturno coxendicis morbo vexatis coxa excidit, & rurſus incidit, his mucus innaſcitur.

Accidit interdum, ut â diuturno morbo iſchiatico fatigatis, ob extenuationem ligamenti teretis & brevis nimium humectat-

re-

relaxationem, vel ob nimiam lubricitatem, caput oſſis femoris ex acetabulo oſſis iſchii excidat, & deinde etiam iterum irruat, his mucus, aliàs hanc articulationem irrigans, ob partium imbecillitatem, innaſci ſolet.

---

60. Quibus â diuturno coxendicis morbo vexatis coxa excidit, his crus tabeſcit, & claudicant; niſi uſti fuerint.

Jisdem talem in modùm affectis, ſi coxa exciſa non iterùm incidat, vel manu chirurgica, vel remediis convenientibus in priorem locum non reſtituatur, ob nutritionem interceptam, crus tabeſcere, & ob immobilitatem & ineptitudinem, claudicare; niſi uſtione curentur, neceſſe eſt.

SECTIO SEPTIMA.

1. In morbis acutis extremarum partium frigus, malum.

Cum in morbis acutis, uti Aphor. 48. Sect. IV. expoſitum eſt, ſpiritus ſubtiles vitio inquinati partes nobiliores afficiant, & multi tam male affecti exhalent, horum defectu frigus partes extremas occupat, quòd malum.

2. Ex oſſe ægrotante caro livida, malum.

Si os tam vitioſum ſit, ut caro circa illud paupertate ſpirituum livida fiat, malum indicat.

3. A

3. A vomitu ſingultus & oculi rubri, malum.

Si â vomitu oritur ſingultus, & ab hujus vehementia oculorum rubor ſuperveniat, fermè morbus duplicatus adeſt: Inflammationem enim, vel cerebri, vel ventriculi indicat, quod malum.

4. A ſudore horror, non bonum.

Horror, â ſudore ſuperveniens, indicat, quod per ſudorem ſpiritus avolaverint; Materia verò morboſa craſſa ac viſcida in ſanguine, ſpiritibus adhuc nebulantibus, relicta fuerit, quod minimè bonum.

5. Ab inſania dyſenteria, aut hydrops, aut mentis emotio, bonum.

Il-

Illa materia quæ anteà cauſa erat inſaniæ, transfertur ab una parte in alteram, cujus translatione, jam aliquo modo diminuta malignitas, non amplius apta eſt, tanto malo corpori inferendo: Sic etiam cum ecſtaſi ſive mentis emotione, quæ gravior adhuc affectus quam mania; quia tamen per viam criſis materia commovetur, & per cerebrum diffunditur, affuturæ ſolutionis maniæ prænuncia exiſtit, quod bonum.

---

6. In morbo diuturno appetitus proſtratus, & meracæ dejectiones, malum.

Appetitus à longo morbo proſtratus; quia vires amiſſæ, ope alimentorum recuperari haud poſſunt; unde etiam concoctione ceſſante, nulla alia, quam ſimplicia & ſincera dejici poſſunt; neutiquam bonum.

---

7. A

7. A multo potu rigor, & delirium, malum.

Cauſæ præcipuæ rigoris & dilirii jam anteà in præcedentibus Aphoriſmis allatæ fuerunt, inter quas nunc potus nimius etiam referendus: Nam una cum vaporibus ſpiritus quoque exhalant, & humores acres atque auſteri fiunt; inde facillimè iſtiusmodi morbi illicò reſultare poſſunt.

8. A tumoris intùs ruptione, exolutio, vomitus, & animæ deliquium fit.

Ab apoſtematis, vomicæ, vel abſceſſus tumoris cujusdam ruptione, exſolutio ſpirituum, ab impura puris illuvie vomitus, & denique commune omnium puris eruptionum ſymptoma; quia exitus ſpirituum & virium lapſus hanc ſimul comitatur, animi defectio.

9. A

9. A ſanguinis fluxu delirium, aut etiam convulſio, malum.

Si vigor & vis ſanguinis â nimio fluxu evacuetur, facilè delirium & convulſio oriri poſſunt; ſicuti anteà cauſas horum ſymptomatum ſatis delineavimus, quod malum.

10. Ab ileo vomitus, aut ſingultus, aut convulſio, aut delirium, malum.

Hæc ſymptomata; quia ſemper malum intendunt, ſunt peſſimæ notæ.

11. A pleuritide peripneumonia malum.

Si

Si pleuritis in peripneumoniam degenerat; quia transmutatio fit â parte ignobiliore ad nobiliorem, malum.

12. A peripneumonia phrenitis, malum.

Si minori morbo major ſuccedit, uterque autem acutus, periculoſum.

13. Ab ardoribus vehementibus convulſio, aut tetanus, malum.

Ubi vires exhauſtæ ſunt, convulſio, aut tetanus ſuperveniens, malum; quorum cauſæ jam in præcedentibus Aphor. dictæ, vid. Aphor. 6. Sect. V.

14. A

14. A plaga in caput, ſtupor, aut delirium, malum.

Si ſenſus & motus nervorum à deſipientia ſpirituum in cerebro affecti, diminuuntur, ſtupor & delirium inde orta, malum.

15. A ſanguinis ſputo, puris ſputum, malum.

Si ſanguinis ſputum puris ſputum excipiat, per ſe malum eſt; ulcus enim denunciat.

16. A puris ſputo, tabes, & fluxus. Poſtquam verò ſputum retinetur, moriuntur.

Pa

Puris ſputum tabes & fluxus ſequuntur, quæ ægri vires prorſus denique proſternunt, ita, ut præ debilitate partium nec pus amplius exſpuere valeant, hinc ab illo retento tandem ſuffocantur.

17. Ab hepatis inflammatione ſingultus, malum.

Sententia hujus Aphoriſmi jam Aphor. 58. Sect. V. explicita fuit. Malum præcipuè inſimul propter ventriculum, quia hepar illi incumbit.

18. A vigilia convulſio, aut dilirium, malum.

Vigiliæ humores acres reddunt, ſpiritusque diſſipant, unde convulſio, & delirium facilè oriri poſſunt, quæ mala.

19. Ab oſſis denudatione eryſipelas, (malum.)

Ab acri & depravato humore detento, eoque regenerationem carnis in oſſibus denudatis impediente, eryſipelas ſuperveniens; quia malum augetur, utique malum.

20. Ab eryſipelate putredo, aut ſuppuratio, malum.

Si ab eryſipelate ſuppuratio proveniat, humoris erodentis corruptionem indicat, quod pejus.

21. A forti pulſu in ulceribus, ſanguinis eruptio, (malum.)

Eſt

Eſt iterum malum duplicatum: Nam pulſus fortis majorem inflammationem indicat, cui aucto, ſi â materia partes ulceris pungente, vel ab ejus impetu eruptio ſanguinis nimia fiat, omninò malum.

22. A dolore diuturno partium circa ventrem, ſuppuratio, (malum.)

Diuturnus enim dolor iterum inflammationem ſæpius innuit, quam ſuppuratio excipit; & ſi hæc accedit, rurſus propter nobilitatem viſcerum ventris, malum.

23. A meraca dejectione dyſenteria, (malum.)

Sinceræ excretiones malæ, multò magis dejectiones: Nam humor ab aliis humoribus ſeparatus, oleoſitateque ſua deſtitutus, acri-

acrior fit, inteſtina erodit, atque exulcerat, unde dyſenteria producitur, quod maximè malum.

24. Ab oſſe perſciſſo delirium ſi in vacuum penetraverit.

Si os perſciſſum, inque vacuum penetraverit, ob turbationem œconomiæ animalis delirium.

25. A purgantis potione, convulſio lethale.

Convulſio ab inanitione ſpirituum purgationis immodicæ orta, lethalis eſſe poteſt.

26.

26. A dolore vehementi partium circa ventrem, extremarum frigus, malum.

Jam antecedente Aphoriſmo 22. h. ſ. diximus; dolores circa ventrem obſtructiones indicare: Quodſi partes extremæ â defectu ſpirituum inſuper adhuc frigeſcant, pejus erit.

27. Mulieri in utero gerenti, teneſmus ſuperveniens, abortire facit.

Tenesmus contractioni muſculorum ab obſtructione, à cauſa quadam irritante, ſuperveniens, abortire facit.

28. Quodcunque os, aut cartilago, aut nervus in corpore diſſectus fuerit,

erit, neque augetur, neque coaleſcit.

Hic Aphoriſmus expoſitus eſt Aphor. 19 Sect. VI.

29. Si â leucophlegmatia detento vehemens diarrhœa ſuperveniat, morbum ſolvit.

Vacuata enim materia morbi, morbus ipſe ſolvitur.

30. Quibus ſpumoſæ egeſtiones in alvi profluviis, his de capite pituita defluit.

De

Dejectiones ſpumoſæ in alvi profluviis deſcendunt à materia flatulenta, in iſtius partibus agitata.

31. Quibus febricitantibus, in urinis ſubſidentiæ fiunt, craſſiori farinæ ſimiles, longam infirmitatem ſignificant.

Sedimentum craſſiori farinæ ſimile febricitantium, copiam materiæ craſſæ in ſanguine reſidere indicat, quæ, niſi in tempore expellatur, longam ſæpiùs infirmitatem ſignificare ſolet.

32. Quibus autem bilioſæ ſubſidentiæ, ab initio verò tenues, acutum morbum ſignificat.

Ubi urinarum ſubſidentiæ in principio tenues aparent, propter obſtructionem urethe-rum malignitatem retineri, nec expelli, indeque morbum acutum oriri poſſe, ſignificatur.

---

33. Quibus autem urinæ diſtantes fiunt, iis vehemens eſt in corpore turbatio.

Quibus urinæ diverſæ exiſtunt: Magnam diverſorum humorum ſalinorum perturbationem, atque commotionem in corpore eorum, exortam eſſe, indicatur.

---

34. Quibus verò, in urinis bullæ ſuperſtant, renum affectiones ſignificant, & longam fore invaletudinem.

Quo-

Quorum verò urinis bullæ ſuperſtant, eorum lympham & humores viſcoſitate atque flatibus refertos eſſe, copiaque viſcoſitatis longum morbum induci poſſe, denunciatur.

35. Quibus autem pingue eſt, & conſertum, quod ſupernatat, his affectiones nephriticas & acutas ſignificat.

Si urinis pinguis craſſus, acerbus & nimis acris humor ſupernatat, totius corporis aut renum colliquationem, vel alium affectum acutum denotat.

36. Quibus verò nephriticis exiſtentibus prædicta ſigna accidunt, & dolores circa muſcolos ſpinales fiunt, ſi quidem; ad loca exteriora fiant, abſceſſum expecta futurum, extrorſum.

Si verò dolores fiant magis ad interna loca, etiam abſceſſum magis introrſum fore, expecta.

Nephriticis prædicta ſigna, & dolores, propter obſtructiones circa muſculos ſpinales, accidentia, materiam craſſam acutamque has partes occupare, & pro locali dolorum affectione, abſceſſum quoque expectandum fore, præſagiunt.

---

37. Qui ſanguinem vomunt, ſi quidem ſine febre ſalutare: ſi verò cum febre, malum. Curandum autem refrigerantibus, & adſtringentibus.

Omnis evacuatio, modo non ſit immodica, nec cum perturbatione ſanguinis fiat, ſalutaris eſſe poteſt.

---

38 De-

38. Deſtillationes in ventrem ſupernum, in viginti diebus ſuppurantur.

Si materia deſtillationum in pulmonibus, vel in thoracis partibus colligitur, inflammatio oritur, quæ, niſi intra quatuordecim dies reſolvatur, concoquatur, vel expurgetur, viginti dierum ſpatio ſuppurari poteſt.

39. Si quis ſanguinem & grumos mingat, & ſtranguriam habeat, & dolor incidat ad perinæum, & imum ventrem, & pectinem, partes circa veſicam laborare ſignificat.

Ejuſmodi ſymptomatibus omnibus, talem in modum concurrentibus, partes circa veſi-
cam

cam ſuſpectæ ſunt, quod laborent. vid. Aphor. 80. Sect. IV.

---

40. Si lingua ex improviſo impotens fiat, aut aliqua corporis pars ſiderata, melancholicum hoc ipſum fit.

Repentina impotentia linguæ ejusdemque impeditio, vel paralyſis partis cujusdam, non ſolum ab obſtructione materiæ craſſæ viſcidæ, nec non acris, ſed & ſpirituum defectu, fieri poteſt.

---

41. Si ſenioribus nimiùm purgatis ſingultus ſuperveniat, non bonum.

Tanquam particulare ſub univerſali jam continetur Aphor. 1. Sect. IV.

Si

42. Si febris, quæ non eſt â bile, detineat, aqua multa, & calida in caput affuſa, febris ſolutio fit.

Per copioſam & ſubitam aquæ calidæ in caput affuſionem, animi pathematum, vel humorum alteratio, febriſque ſolutio fieri poteſt, nec balnea hoc nomine obſunt.

43. Mulier ambidextra non fit.

In antecedentibus Aphor. jam diximus, quod manus dextra multo potentior atque robuſtior â conſuetudine exercendi & movendi exiſtat, quam ſiniſtra: Hinc muſculi & nervi illius plus dilatantur, ut & majore copia ſpirituum gaudent, quam ſiniſtræ: Hanc ſententiam tamen pro certa & indubitata conſtituere meritò ambigimus: Interdum quoque luſus naturæ eſſe poteſt.

44. Qui ſuppurati uruntur, aut ſecantur, ſi quidem purum effluat, pus & album evadunt. Si verò ſubcruentum, & cœnoſum, ac graveolens, pereunt.

Si vomica rumpitur, & pus album, purum, & læve effluit, ſignum eſt, quod partes ſuo vigore ac robore, mediante ſpiritu, adhuc conſtent; Si verò contrà pus fœtidum, fœculentum, & ſubcruentum exeat, partes eſſe corruptas judicatur, quod certè malum.

45. Qui ad hepar ſuppuratum uruntur (aut ſecantur) ſi quidem purum effluat pus & album, ſuperſtites evadunt. Si verò ſubcruentum & cœnoſum, ac graveolens, pereunt.

Eadem

Eadem ratio hic valet, ut in ſuperiore Aphoriſmo ſecundùm qualitatem puris, & abſceſſus, ejusque ruptionis: Nimirum ſi materia vacuationis ſit boni coloris, & formæ; quia ſuperficies hepatis ſolummodò affecta cenſetur, ſalus adhuc ſperanda. E contrario ſi anurca fœculenta, & glutinoſa effluit, indicium eſt, ipſam hepatis ſubſtantiam eſſe corruptam, mortemque imminere.

46. In doloribus oculorum poſtquam merum bibendum dederis, & multa calida laveris, venam ſecato.

In humore craſſo', viſcoſo, acri, obſtructiones in oculis & dolores ſuſcitante, multa ſpirituoſa calidè applicita quidem juvant; venam verò in hoc caſu ſecare, practicis, pro ſtatus ratione, meritò relinquimus. vid. Aphor. 21. Sect. VI.

47. Hy-

47. Hydropicum ſi tuſſis habeat, deſperatus eſt.

Tuſſis hydropicum habens, totam lympham, reliquosque humores humore auſtero acri ſcatere, malumque confirmatum eſſe, innuit, quod omninò deſperatum.

48. Urinæ ſtillicidium, & urinæ difficultatem vini potus, & venæ ſectio ſoluit. Secandæ verò internæ (venæ.)

Si ſtillicidium & difficultas urinæ ab acido corroſivo vel pituita, aut grumo obſtruente proficiſcitur, vini potus conducit; Venæ ſectio autem, ut humor acris diminuatur, reliquusque ſanguis temperetur, convenire poteſt.

49. Ab angina detento tumor & rubor in pectore ſuperveniens, bonum, foràs enim vertitur morbus.

Toties quoties malum foràs vertitur, imminuitur: Acceſſio unius, eſt privatio alterius.

50. Quibus cerebrum ſphacelo fuerit affectum, in tribus diebus pereunt: Si verò hos effugerint, ſani fiunt.

Cum humores ſecernuntur, præcedente obſtructione acriores redditi ſenſim fibras nervoſas corrodunt, partes ſpiritibus deſtitutas corrumpunt, ſphacelus incurabilis; quia cerebrum pars maximè principalis, ſequitur.

51. Sternutatio fit ex capite, percalefacto cerebro, aut perhumectato, quod eſt in capite, vacuo. Aër enim qui intus eſt, ſupra modum (i. e. vi) foras effunditur. Strepit autem, quia per anguſtum ipſi eſt tranſitus.

A motu aëris lymphæ acris, & ſpiritus tunicas narium fortiter irritantis, ſternutatio fit.

52. Quibus hepar circumcirca dolet, his febris ſuperveniens dolorem ſolvit.

Obſtructionibus & flatibus febre ſupervenienti reſeratis dolores hepatis circumcirca dolentis ſolvuntur. Vid Aphor. 40. ſect. VI.

53. Qui-

53. Quibus ſanguinem de venis auferre conducit, his vere venam ſecare oportet.

Ubi ſanguinis copia vel plenitudo adeſt, verè præ reliquis anni temporibus, ob humorum motum, aërisque clementiam, venam ſecare convenit. Vid. Aphor. 47. Sect. VI.

54. Quibus inter ſeptum transverſum & ventrem pituita excluditur, & dolorem exhibet, in neutrum ventrem habens tranſitum, his per venas in veſicam pituita verſa, morbi ſolutiò fit.

Pituitâ vel lymphâ forte fortunâ inter ſeptum transverſum & ventrem excluſâ, reſolutâ, & ad renes, & in veſicam translatâ, dolores cum morbo ſolvuntur.

55. Quibus hepar aqua repletum ad omentum eruperit, his venter aqua impletur, & moriuntur.

Aqua vel lympha in hepate ſtagnante ad omentum erumpente; quia hepatis partes corruptæ ſentiuntur, mors ſequitur.

56. Anxietatem, oſcitationem, horrorem, vinum par pari aqua potum, ſolvit (morbum.)

A flatibus in muſculis thoracis concluſis oſcitatio, â materia viſcida ſpiritus obnebulante, muſculosque obſidente, horror: Ab humore autem craſſo acri in hypochondriis quaſi fervente, & æſtuante anxietas fit, ne verò anxii pendeamus animo. Vinumne pari, aquæ portione dilutum atque potum, morbum ſoluturum ſit, nec ne? Merum ſumere conſultius erit.

57. Quibus in urinaria fiſtula tuberculum fit, his ſuppurato eo, & perrupto, ſolvitur dolor.

Superata cauſa tollitur effectus. Vid Aphor. 82. Sect IV.

58. Quibus cerebrum concuſſum fuerit ab aliqua cauſa, neceſſe eſt, eos ſtatim mutos fieri.

Ubi cerebrum concuſſum & ſanguis extravaſatus eſt, ita, ut vèntriculis & nervis obſtructis, tranſitus ſpirituum impediatur muti fieri poſſunt.

59. Corporibus humidas carnes habentibus, famem inducere oportet: fames enim ſiccat corpora.

Fames conſumendo ſuperfluos humores, optimum corporum, carnes nimis humidas habentium, remedium.

60. Ubi in toto corpore mutationes, & corpus perfrigeretur, & rurſus calefiat, aut color alius ex alio permutetur, longitudinem morbi ſignificat.

Hic Aphoriſmus expoſitus eſt Aphor. 40. Sect. IV.

61. Sudor multus calidus aut frigidus ſemper fluens, humidi redundantiam habere ſignificat. Educere igitur oportet, robuſto quidem, ſupernè: debili verò, infernè.

Hujus Aphoriſmi explicationem vid. Aphor. 37. 38. 42. Sect. IV.

62. Febres non intermittentes, ſi per tertiam vehementiores fiant, periculoſæ. Quocunque autem modo intermittant, ſignificat periculi eſſe expertes.

Hic Aphoriſmus planè convenit cum Aphor. 43. Sect. IV. cujus explicationem d. l. quære.

63. Quibus febres longæ ſunt, his aut tubercula, aut ad articulos dolores fiunt.

